

BK1

F16

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ



026000334199

Six exemplaires seulement ont été tirés sur papier vélin.

Il ne reste de ce rhéteur qu'une harangue ou déclamation; cette pièce, avec trois inscriptions en vers, trouvées dans sa maison de campagne, et desquelles il est douteux qu'il soit l'auteur, fait le fond de ce volume qui, avec les notes et autres accessoires d'usage, s'élève encore à une grosseur convenable. Il est au reste publié avec intelligence, et l'édition est estimée.



HERODIS ATTICI

QVAE SVPERSVNT

ADNOTATIONIBVS ILLVSTRAVIT

RAPHAEL FIORILLO


BIBLIOTHECAE REGIAE ACADEM. B. GEORG.
AVGVSTAE A SECRET.

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΚΟΥΡΙΑΣ
ΕΥΜΟΤΙΟΥ

PRAEFIXA EST

EPISTOLA CHR. G. HEYNI

AD AVCTOREM



ΠΑ Α ΠΙΑ

LIPSIAE

SVMTIBVS CASPARI FRITSCH

M D C C C I


ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
Μητροπόλεως
ΕΥΜΟΤΙΟΥ ΚΟΥΡΙΑΣ



HERODIS ATTICI

QVAE SVPER SVNT.





PRAEFATIO

Sempiternam nominis famam clarissimis ingenii monumentis consequutus est Herodes Atticus, qui illâ tempestate floruit, quâ Graecorum Romanorumque scriptores, ab humano cultu iamiam deficere, litterarum studia ad interitum vergere, priscus Graeci sermonis nitor obscurari, ac poëtae, non elegantiae, facilitati ac gratiae, quae in Atticis tantopere delectant, sed tumori cuidam et nimio inanique ornatui studere coeperant. Hac igitur aetate paullo nitidiorem orationem, nonne eadem admiratione et laetitiâ excipiamus, quâ stellam solemus, caliginosâ nocte radiantem, aut egregiae virtutis exemplum, corruptâ in civitate profèqui?



Operae igitur pretium omnino me facturum esse putavi, novâ Carminum Triopeorum editione adornatâ, quod non unam ob causam digna ea sunt, ut à studiosis litterarum Graecarum lectitentur.

Commentatoribus, qui carmina quae restant duo illustrarunt, me ita adiungere, vt proferrem aliquid, quod à *Salmasio*, *Viscontio*, aliisque intactum relictum esset, profiteri haud ausus sum. Quum vero in legendis carminibus aliquid temporis consumserim, multa in mentem mihi venêre, quae partim ad illustranda duo carmina, partim ad nonnulla aliorum poëtarum loca adcuratius cognoscenda prodesse mihi videbantur. Exposui igitur in animadversionibus verba poëtae, et, si qua ex aliorum imitatione posita viderem, enotavi. Omnem denique curam adhibui, non quidem, ut, quae ad historiam poëtae spectant, enarrarem, sive ut iis locis, quae e Romanâ historiâ luce aliquâ indigeant, lucem adfunderem, haec enim *Viscontius*



iam appofuit, fed ut verba fententias-
que poëticas indagarem, et illuftrarem.
Quantum vero utilitatis ex labore meo
ad poëmata redundet, rectene in diu-
dicandis examinandisque carminibus ver-
fatus fim, aliorum efto iudicium.

Ante vero quam ad carmina ipfa
transgrediar, non alienum eft, brevem
rerum, quae in libello obvenient, ima-
ginem ante oculos ponere, ac diverfa
capita indicare. Herodis Attici vitam
multi expoſuère, fed nemo de eo accu-
ratius egit Cl. *Eichſtaedtio*, qui in Fa-
bricii Bibliothecâ Graecâ (Tom. VI. pag.
4. ſqq.), in vitâ *Herodis* enarrandâ, com-
parandisque et conciliandis inter ſe ve-
terum ſcriptorum de *Herode* testimoniis,
omnes ſubortas difficultates feliciter ſus-
tulit. Hoc caput e Fabricii Bibliothecâ
deſumptum adiungendum cenſui, obſer-
vationibus nonnullis inſperſis additisque
notulis noſtris. Quae in Academiae Pa-
riſinae Actis (*Mémoires de Litterature*,
T. XXX. p. 1. ſq.), exſtat de *Herode* diſ-
ſertatio, *Burignyi*, eandem, quam in



aliis huius viri docti scriptis invenimus, antiquitatis scientiam ostendit, at quia saepius indagata non recte adtulit, et coniecturis indulgit, saepius non necessariis, eam omisimus.

Adieci orationem quae *Herodis* nomine inscripta est, tradidique operis excubendum *Reiskii* exemplum, cum latinâ *Meursii* interpretatione. Quoties *Reiskius* in Animadversionibus coniecturas suas commemorat, eas integras subiunxi, pluribus vero ad orationem de lectionis varietate sententiam dicere nolui, quia, ut bene *Reiskius* monuit, vix digna est, ut in explicatione ingenium conteratur. Ipsam enim si orationem sub *Herodis* nomine adhuc venditam examinamus, linguam videmus multas contraxisse sordes ab illorum temporum, quibus sermonis pura indoles elegantiaque naturalis perierat, contagione. Quare, qui diurnâ cum optimis Atticis oratoribus familiaritate contractâ, ingenuam et amabilem Graecae Suadae faciem norunt et unice diligunt, eos Anonymi,



Herodis nomen mentiti, eloquentia parum delectabit. Attamen ad historiam eloquentiae Graecae, quin ad humani ingenii historiam cognoscendam, non solum faciunt egregia magnorum virorum opera, sed pertinent huc quoque mediocres, immo, qui ne mediocritatem quidem adtingunt, libri.

Aliam viam inii in explicandis carminibus. *Salmasius*, in magno suo Commentario, immensam protulit variae eruditionis copiam; exspatiatur non raro liberius, atque varietatibus distinguendo opus, diverticula quasi quaerit, ubi, qui antiquitatis amore ducuntur, suaviter requiescant. Nos usos esse viri eruditi animadversionibus, libere fatemur, et, ne apud aequos rerum iudices, hoc fraudi sit, vix veremur. Quod praecipue doctissimus *Visconti*, in optimo Commentario observandum sibi putavit, pertinet ad rerum verborumque illustrationem. Non sine voluptate adgnovimus miram doctrinae copiam, Graecae linguae scientiam adcuratam, antiquitatis



studium singulare. Locis multis e lapidibus, quos ante oculos habuit, affusam esse lucem, multa historiae capita egregie exposita, indolemque carminum praeclare illustratam esse fatemur. Non exiguum itaque fructum lectores percepturos esse speravimus, additis nostrae editioni praecipuis *Viscontii* observationibus, quia non admodum multa exempla in has terras putamus perlata esse, neque multorum Bibliothecas apud nos, exemplari aliquo ornatum iri probabile videtur.

Restat, ut nonnulla de carminibus, eorumque indole adiiciamus. Credidère Viri docti Inscriptionum auctorem esse *Herodem Atticum*; primo certe loco posita. At mihi omnino vera videtur esse sententia *Viscontii*, qui *Marcellum Sideten*, tempore Marci Aurelii florentem poëtam, auctorem esse putat. Et enim, quae secundo loco exhibita est Inscriptio, nomen poëtae prae se fert ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ, in quo explicando, et editores carminis, et *Spanhemius*, (ad



Callimachi Hymn. in Cer. v. 3.) operam frustra consumserunt, tum, quia poëticâ alteram superare videtur praestantiâ, tum, quia Triopium *Herodis* adituris forsitan primo aditu et loco conspiceretur. Suspicio *Viscontii* admodum probabilis visa est *Viro erudito*, in *Ephemeridibus Gottingensibus*, anni 1795. Nro. 180.; adversus eam quaedam monuit Cl. *Eichstaedt*, in censurâ, quae inserta est *Ephemeridibus Univ. Litterariis, Ienae prodeuntibus*, anni 1796. Nro. 61. Paucis tantum examinemus ea, quibus Itali argumenta diluere studuit. Ac primum quidem monuit Vir doctissimus, fragmenta, quae e *Marcelli Ἱατρικοῖς περὶ ἰχθύων* *) restant, non eundem prae se ferre colorem. In illis dicendi genus esse simplex, nullo sententiarum verborumque splendore illustre, in *Inscriptionibus*

*) Fragmenta quae e *Marcelli Ἱατρικοῖς περὶ ἰχθύων* restant, edita sunt à *Fabricio*, in *Bibliothecae Graec. T. I. p. 14.* ed. vet. et *Schneidero*, ad calcem editionis suae *Plutarchi, de educat. pueror. Argentor. 1775.* Promissâ vero à Cl. *Bellin de Ballu.*



contra vibrans, ornamentis ambitiose quaesitis distinctum, turgescensque nonnumquam tumore immodico. At hoc iudicio minime contenti, plura desideramus argumenta. Primum enim, de toto orationis habitu, etsi e paucis fragmentis, quae solummodo piscium catalogo constant, vix iudicari potest, non dubitamus tamen fore, ut, si quis ea legat, deinde Inscriptiones recitet, sonum nescio quomodo consentientem in auribus sentiat. Verum hoc sentiri magis, quam verbis explicari potest. Praeterea sermonis in carmine de piscibus longe alia ratio est, quam in carmine dedicationem Triopii continente. Cur non ab illâ ratione dicendi declinasse, et in dedicatorio carmine alio more poëtam loquutum esse dicamus? Quodsi deinde *Marcellus* in Carmine de piscibus, floridum dicendi genus adhibuisset, quam ridicule egisset! Aliis enim verbis in enumeratione piscium, ad *Pancratis Arcadis*, *Archestrati* aut *Alexandri Aetoli*, ut mihi videtur, exemplum compositâ,



aliis in carmine dedicatorio opus; aliis, si quid sapio, verbis de historiâ naturali, aliis de simulacro aut statuâ dicimus. Ipse *Nicander*, quam parcus, quam brevis, quam pressus est in Theriacis, quam dissimilis illi exultanti et luxurianti *Nicandro*, qui in Georgicis apud Athenaeum (Lib. XV. pag. 683. sq.), pulchritudinem Nympharum, numerosissimamque florum varietatem elegantissime descripsit. Cur denique, si hoc etiam argumentum nihil valere dixerit aliquis, nomen *Marcelli*, in genitivo positum in fronte Inscriptionis, si non indiget auctorem? Epigrammata Anthologiae Graecae et Latinae innumera, nomina praeferunt auctorum, unde, à quo scripta sunt, intelligi plane potest et cognosci. Nec in Inscriptionibus hoc infrequens. (v. *Pockoke, Description of the East.* p. 103. 104. et *Toupii Emendatt. in Suid.* T. III. p. 46.) *Marcello* non dedicatum esse carmen, unusquisque intelligit, et si dedicatum, cur nulla *Marcelli* in ipso carmine mentio iniecta est?



Pauca haec nobis argumenta in mentem venêre, alia, cui maius est ingenium ipse animadvertet. In Animadversionibus egi id, ut, quaecunque ad intelligentiam carminum facere videbantur, eorum praetermitterem nihil. Venerunt quoque in mentem nonnullae emendationes aliorum poëtarum, quas si adsperserim nostris observationibus, Virorum doctorum humanitatem non aegre id laturam esse, mihi persuasi. Dedi fortasse occasionem aliis meliora proferendi et veriora. Omnino me trado Virorum eruditorum benevolentiae, quam promereri summo studio conabor. Laeto semper animo in hoc studio pergam, favorem doctorum virorum expertus, quorum sententias humaniores aequo animo audire ac ferre didici.



CHR. GOTTL. HEYNE

E P I S T O L A

A D

VIRVM DOCTISSIMVM

RAPHAELEM FIORILLO

DE FINIBVS

STVDII CRITICI

REGVNDIS





Vt, etsi aliis occupationibus distinerer, hoc tamen, quicquid est, opellae tibi, vir doctissime, consecrarem, id visus mihi sum partim officio et amori, quo te a prima aetate sum amplexus, partim librarii, viri honestissimi, precibus, partim studiorum et curarum variarum coniunctioni, quae mihi cum parente tuo, viro artium elegantia et doctrina eminentissimo, intercedit, debere. Id quod mihi eo magis profitendum erat, quo magis me ab omni hoc scriptiois genere alienum esse professus sum, quippe quod sensui meo adversatur, et arrogantiae aut ostentationis notam nescio quam habere videtur. Nunc autem me a me ipso id impetrasse, ut huic libello aliquid seu praefarer seu subiungerem, tanto magis admirationem facere potest, quod ille in eo rerum genere versatur, ad quod ego iuvenilia ingenia hortatu meo raro instigare, saepius ab eo avocare, soleo. Cuius mei iudicii rationem et morem ut exponam, occasione oblata ita utar, ut *de sinibus studii critici regundis* omnino



tecum, vir doctissime, paucis agam. Quis enim foret, quicum lubentius de hoc litterarum studio agerem, quam cum viro multarum litterarum varietate ita instructo, ut bene teneat, non omnem doctrinae laudem in critica scriptorum veterum sola contineri, contra autem ipsius huius studii laudem summam in eo ponendam esse, si ad alias disciplinas emendandas et perficiendas illud adhibeatur.

Equidem, cum ad haec humanitatis studia sub Christii Ernestiique disciplina primum accederem, bene memini duas maxime opiniones, e schola forte Burmanniana, propagatas, commilitonum animis tum infidere, primam, philologica et critica studia, si non sola digna sint, quibus ingenium liberalius et erectius sese consecret, omnibus tamen reliquis disciplinarum studiis ita antecellere, ut facile omnium litterarum eruditiorum principatum teneat; alteram, eum demum in litterarum antiquarum omninoque humaniorum aliquantum profecisse, qui scriptores graecos latinosque emendare et coniecturis tentare didicisset; hanc vero omnis doctrinae esse tanquam arcem, ad quam qui pervenisset, nae illum immortalitatem nominis tanquam certa possessione tenere. Hac persuasione per-



moti nos scriptores veteres non alio consilio periegere et excutere solebamus, quam vt criticam aliquam observatiunculam adspargere, coniecturam vel emendatiunculam in verbis allinere possemus. Legebamus itaque multa, nullo aut exiguo cum fructu ad philosophicas et historicas notiones, aut ad scribendi dicendive facultatem et usum. Altera ex parte plerique nostrum disciplinarum severiorum, inprimis quae ad vitam civilem spectant, tenebantur contemptu; theologica et iurium studia eo tantum laudem aliquam habere aiebamus, quatenus in interpretatione et critica librorum sacrorum et legum versentur. Cum non omnis superbia et fastus ab his iudiciis abesset, in invidiam adducebantur ipsa haec studia, et, vt fit, ab iis, qui tali professione se suaque studia contemptui haberi viderent, dignatione sua vicissim deiciebantur. Itaque evenit, ut Bachio multis cum difficultatibus luctandum esset, antequam iurisprudentiae forensis et ecclesiasticae idoneus auctor haberetur; multumque elaborandum erat Ernestio, vt in theologis disciplinis et ipse aliquo in loco haberetur; obesse enim solidiori doctrinae antiquas litteras, parum prodesse; nec iniuria ita statuebant viri quoque gravissimi,

b



qui litterarum studia, quae in rerum naturis cognoscendis, iudiciorum et opinionum veritate exploranda et constituenda, negotiorum difficultate expedienda, et vtilitatum vitae publicae privataeque procuratione versari debebant, ad verborum apices, librariorum vitia indaganda et cum speciosa aliqua sollertia corrigenda revocari videbant.

Quod in aliis non modo litteris, sed studiis omnis generis, plerosque peccare videmus, vt, quo consilio, quo fine et usu, ea, in quibus occupati sunt, tractent, eoque ipsum modum et rationem studii sui regant, vt, inquam, hoc parum exploratum et liquidum ipsi habeant, hoc idem vidimus evenisse in omni disciplina scholastica et academica, vt, quid illud sit, quod assequi volunt homines, dum sollennem studiorum rationem prosequuntur, raro aut nunquam inquirerent. Ita quoque a paucis diligenter et subtiliter satis quaesitum est, quorsum in lectione scriptorum antiquorum, graecorum et latinorum, aetas iuuenilis contineatur. Quid igitur mirabimur, idem illud fugisse plerosque, quem usum, quos fines critices studium habeat, ideoque nec satis prudenter definiisse, qui locus huic studio in institutione scholastica et academica sit assignandus.



Cum veterum scriptorum lectio et interpretatio in disciplina puerili partim institutionis, quae grammatices et dialectices praecepta et vsum mentibus insinuat, locum obtineat, partim notionum communium innumerarum, vulgarium et doctarum, mentibus instillandarum, copiam praebet, partim ingenium, pulcri rectique sensum, elocutionem et scriptionem, fingat: magistrorum utique animis notio aliqua artis criticae vt insideat, in votis habendum est, vt de editionum bonitate, et de lectionum veritate, ad interpretationis vsum, recte possint iudicare, forte etiam provectoribus notitias aliquas iudicii et vsus critici impertire. Iam possunt in his esse ingenia erectiora, quae in linguae Graecae et Romanae cognitione et in veterum scriptorum lectione, praeter istas utilitates, quas aetati iuuenili propositas esse diximus, ad subtilitates sermonis progredi volent; erunt quoque, qui in studiis litteraturae antiquae habitare volent et fortunarum suarum spem et fundum collocare: hos et illos in critica accuratius cognoscenda, experimento quoque aliquo facto, operae partem ponere, quis improbet? dummodo reliqua illa, quae per auctorum classicorum lectionem et interpretationem consequi



neceſſe eſt, haud poſthabeantur; contra vero vt ad rerum notitias, ad historias, temporum hominumque viciffitudines, fortunas, earumque cauſas, obſervandas, tum ad certa rec- taque de iis facienda iudicia, inprimisque ad iudicandi, eloquendi ac ſcribendi facultatem exercendam, inſtitutione publica privataque adducantur; neque interea mathematices et logices, aliarumque notionum utilium co- pias negligant.

Inter eos, qui ſtudiis his antiquarum lit- terarum totos ſe conſecrant, eſſe poſſunt, quorum ingenia miro aliquo huius generis acu- mine excellunt, eoque ipſo procliviora ad cri- ticam hanc facultatem et artem habentur: hos ad eam inprimis ſe comparare, et naturae beneficio ſibi imperitam vim exercere et per- ficere, quis inuideat? Quum tamen pauci ad haec ſtudia ferantur, neque optandum ſit in republica, vt multi in hoc ſtudiorum genere detineantur, quandoquidem iis praemia ſua, muniaque deſint, quibus fungendis admoveri poſſint, cavendum eſt omni modo, ne, in hac aemulorum paucitate, illi ad eam opinionem adducantur, ſibi ſolis a natura illud ingenii acumen, quod ad criticas coniecturas et anim- adverſiones conferunt, eſſe conceſſum, neve



alias litteras suis posthabeant, fastuque importuno et inani efferantur; haud immemores, se id, quod alii in vitae officiis et negotiis ac munerum rationibus, aut in disciplinis ac doctrinis gravissimis, adhibent, acumen in verborum et linguarum studiis collocare. Potest hunc in modum aliquis magna cum laude in scriptoribus graecis latinisque criticam exercere: si modo fortunae locique, quem obtinet, rationes id poposcerint vel admiserint: etiam si illa intra meras grammaticas subtilitates subsisterit; nam et huius quaedam esse potest utilitas, haud contemnenda.

Luculentior tamen et probabilior est criticae commendatio, si illa ad ipsam orationis seu solutae seu vinctae virtutem et elegantiam processerit, et sententiarum rerumque veritatem et cum natura vsuque consensum, verborumque proprietatem, exploraverit, iudiciumque rectum et sanum de his tulerit; si porro critica ad iudicia veterum et opiniones, ad disciplinas et disciplinarum, quae nunc cum maxime effloruerunt, initia et incrementa in scriptoribus eruenda et illustranda, ad historicas difficultates et obscuritates tollendas, transferatur: multa enim in his a lectionis veritate et sermonis severiore ac subtiliore studio sunt



ducenda: haec solidioris doctrinae monimenta campum aperiunt latissimum, criticae litteris ac disciplinis fructuosae ad notitias in variis scientiarum generibus ex antiquitate procurandas, in historia imprimis naturae, cuius locupletandae haud vana spes inde illucescit. Nam ut critices usum in libris sacris et in legibus iuribusque Romanis commemorem, vix necesse est; quo ipso iam satis se studii critici, recte instituti, praestantia approbavit.

Secundum haec habeo utique in votis, ut ii ipsi, qui criticae in scriptoribus classicis exercendae se accingunt, non primo loco id sibi propositum habeant, ut vitia lectionis indagent et earum tanquam cubilia investigent; praestat haud dubie in interpretandis et excutiendis scriptorum sententiis rebusque expositis iudicii omnem vim intendere, notionum et notitiarum copias inde locupletare, digerere et recte constituere; sique inter haec seu librarii seu scriptoris vitia et errores inciderint, in iis animadvertendis, notandis et emendandis acumen adhibere; hoc est illud emendationum genus, quod laudem veram et solidam habet. Alius critices adhibendae modus est commendatione dignus in paranda noua recensione, eaque emendatiore, au-



ctorum veterum; multoque maiore laude dignus est habendus, si critica non modo in codicum varietatibus enotandis et coniecturis inde eliciendis aut virorum criticorum commentis colligendis versetur; si porro ea non; locis difficilioribus et obscurioribus omissis, ad ea, quae per se nota satis erant, adhaeserit; excutiat potius non animadversa, nec sibi dedecori ducat, vitia indicare latentia, etsi iis medelam ipsa afferre nequeat. Licet in his pro consiliorum diversitate vias rationesque ingredi varias, de quibus nunc agendi locus haud est.

Nec vero modo in scriptore aliquo edendo et recensendo, verum etiam legenti veteres quosvis alios scriptores occurrere passim possunt ac debent loca multa aut in mendo cubantia, aut temere ac perperam ab editoribus tentata: quorum emendationes probabiles, forte et illustrationes luculentas, si quis animadverterit, circumspiciet ille viam, qua in publicum proferat ingenii sui inuenta probetque eruditis; possunt quoque esse tempora, ut quis fortunae suae ac famae hoc ipso consultum esse iudicet; ita viri docti eo deveniunt, ut in recensione auctorum classicorum opportunitates anxie venarentur, quibus



uti possent, ad protrudendum in medium animadversa a se et coniectata; Ita vidimus criticos in edendis scriptoribus, promiscue, etsi alienissimo in loco, emendationes in varia scriptorum loca intexere, aut verius intrudere et inculcare; dum similia optant, confundere dissimillima, penitusque abducere animum legentis ab auctore in quo versabatur. Poterant saltem per digressiones et excursus ad calcem adiectos seu subscriptos suas opes speciosius explicare. Ita evenit, ut interdum scriptores tantum pro vehiculo variarum ac diversissimarum opum criticarum ad mercatum extrudendarum habendi essent, aut pro vestibulo, quod aditum ad merces exponendas et inspiciendas praeberet: etsi sunt certa scriptorum genera, quae, per se ieiuna et exilia, eiusmodi copiosiores illustrationes admittunt, aut etiam desiderant, vt Lexica et Glossographi. Aliam viam ingressi sunt ii, qui libros Emendationum, Animadversionum, Coniectaneorum et sic porro ediderunt, quibus ea, quae sparsim animadverterant, per satura[m] vno in loco propinarunt; qui quidem libri lectionem continuam haud admittunt, nec, nisi auctores ad manus habeas et sententiarum nexum satis teneas, recte diu-




dicari queunt, vtilitatem tamen habent hanc, vt in vulgus edita seruari et, quoties opus sit, inspici possint. Sunt quidem pleraeque hae emendationes ita comparatae, ut aut a generalibus praeceptis seu obseruatis ad vnumquemque locum accommodatis, aut e sententiarum et verborum accurate expensa ratione et indole proficiantur: quarum has accurata et attenta lectio ipsa suppeditat, illas autem in quolibet loco, praeceptis istis et obseruationibus in animum reuocatis, suo quisque studio poterat ac debebat assequi: est tamen in his felicitas aliqua ingenii, est fortunae casus, est memoriae aut recentis lectionis beneficium, quo saepe ad ea, quae nemo facile sua opera excogitet, deferimur.

Post haec omnia critica exercitatio, etiam in grammaticis, salubris est et fructuosa ingenio iuuenili, ut se exercent et paret ad alia et maiora, etiam ad disciplinas grauiore; vigent in hac aetate animi et pollent memoria promta et facili, facultate obseruandi et comparandi similia, eliciendi latentia; recte haec ad ea adhibentur, in quibus eae vires inprimis sunt ad consequendum, quod velis, necessariae.



Satis docent haec a me disptitata, me magnopere probare conatus tuos, doctissime Fiorillo, et laetari his primis successibus. Ab hac enim lectionis copia et varietate, hoc ingenii acumine, hac venustate, quid non expectare licet maturioribus annis! Fecisti critices experimenta magna ex parte in fragmentis lyricorum et tragicorum, quod critices longe difficillimum genus est, inprimisque lubricum propter metricas leges partim ignotas, partim parum firmiter constitutas; nec tibi ad incerta fortunae tentanda animus defuit, in quibus nec ausis excidere turpe est, honorificum autem est, esse tamen, in quibus successum habueris. Nec deerunt ingenio, doctrinae et industriae, praemia, quorum spem et expectationem ipsa haec specimina faciunt tanto maiora, quo rariora sunt ingenia in his litteris eminentia. Scr. Gottingae M. Septembri c1o1occc.




DE
HERODE ATTICO
ET
EIVS SCRIPTIS.

A







DE
HERODE ATTICO
ET
E I U S S C R I P T I S.

Tiberius Claudius Atticus (Suidae perperam Iulius) Herodes¹, nobilis viri, Attici

1. Ita plene dicitur *Tiberius Claudius Atticus Herodes* in quibusdam Inscriptionibus, velut eâ, quae auspicio Cardinalis, Polignac, Romae a. 1728. eruta, et primum vulgata est in *Mém. de Trévoux, Juillet. 1728. pag. 1551.*, deinde etiam in *Mém. de l'Acad. des Inscriptions, Tom. XV. pag. 445.* — Apud Graecos, *Salmasius* contendebat (in not. ad Dedicat. stat. Reg. in Creonii. Museo Philologico II. pag. 137.), hunc Herodem *nunquam* fuisse dictum Ἡρώδη Ἀττικόν, sed Ἡρώδη Ἀττινοῦ; sicut est in Epigramma-

te Analect. Brunck. Vol. III. pag. 272. Ἀττικοῦ Ἡρώδη Μαραθώνιος. Graecos enim raro admodum filios patrum nomine appellasse. Romanos vero, quibus alia fuerit consuetudo, *Herodem Atticum*, non *Attici*, hunc semper vocasse, patris sui nomine scilicet. Quae observatio *Salmasii*, quam falsa sit, si spectes *graecam* Herodis appellationem, facile apparebit ex Inscriptionibus graecis, quarum subinde mentionem faciemus. Add. *Mafson. Collect. histor. de Aristidis vita. §. V. n. 9. not. 2.* Quid? quod ipse *Salmasius*



F.², ex pago Marathonio, Atheniensis, apud Imperatores Antoninos, Pium, et Philosophum, Ve-

ad Capitolini Vit. Antonini philosophi, cap. 2. Tom. I. pag. 292. defendit scripturam nominis *Herodes Atticus*. Caeterum notitias historicas de hoc Herode licet colligere ex *Luciani Demonacte* (Vol. V. p. 243. sqq. ed. Bipont.), e *Pausaniae* Lib. I. cap. 19. II. cap. 1. VI. c. 21. VII. cap. 20. X. cap. 32. et *Philostrati* pluribus locis, ut in vitâ Phavorini §. 3. Scopeliani §. 7. Polemonis §. 7. Secundi, Theodoti, Antiochi, Alexandri §. 3. Philagri §. 1. Hadriani §. 1. Chrestii §. 1. 2. Pausaniae, Ptolemaei §. 1. Rufi in fine, Oenomarchi in princip. Heraclidae §. 6. Aeliani §. 3. *Inscriptiones*, quae ad Herodem spectant, praeter eas quas in fine huius sectionis indicabimus, reperiuntur apud *Gruterum* p. XXVII, 1. CLXXII, 10. CMXLIII, 1. apud *Sponium Voyage* Tom. IV, pag. 40. et 220. et apud *Donatum* pag. CLXVI, 2. Plura de eo lectorem docebunt *Tillemont Hist. des*

Empereurs T. II. p. 269. sq. p. 317. sqq. et in Indice p. 605. (ed. II. Paris. 1702. 4.), *Olearius* ad Philostrati Sophistas II, 1. pag. 545. sqq. *Sylburgius* ad Pausaniam p. 939. ed. Kuhn. *Ionsius* de Scriptoribus histor. philosoph. III, 6. 18. pag. 31. ed. Dorn. *de Burigny Mémoires sur la vie de Herodes Atticus*, dans *Mém. de Litterature* Tom. XXX. p. 1. sqq. *Gibbon History of the Decline and fall of the Rom. Empire*, Tom. I. p. 59. sqq. ed. Basil. denique *Salmasius* et *Visconti* in editionibus Inscriptionum Trioppearum, quas infra commemorabimus. *Eichst.*

2. Ortum duxit Herodes e genere nobilissimo, quodsi Inscriptio, quae est in foro Attico (v. *Stuart Antiquities of Athens* T. I. c. 1.), ad maiores Herodis nostri spectat: quod haud temere credit Visconti: atavus eius fuit *Herodes*, legatus Atheniensium (πρεσβεύων), proavus *Eucles*, στρατηγὸς τῶν



rumque, cuius etiam praeceptor, teste Capitolino³, fuit gratiofus, et praefectus ordinando statui liberarum civitatum Asiae⁴, sacrorumque Panathenaicorum et Panelleniorum, tum sacrorum agonum, honoribus M. Antonini et Veri consecratorum, ἀρχιερεὺς⁵, atque A. C. 143. cum C. Bellicio Torquato Consul romanus, sed qui ingenio magis et eloquentiâ, quam consulatu⁶ et

ὄπλιτων. Euclis filius videtur *Hipparchus* fuisse, (*Plutarchum* Suidas nominat Tom. II. p. 78.): cuius quamvis bona in publicum essent addicta, tamen *Atticus* paternarum opum iacturam refarsit tum uxoris, quam duxerat opulentiâ, tum ingenti quodam thesauro, quem forte à se inventum Nervae liberalitate retinuit. Hinc immensae defluerunt opes ad filium, *Herodem*, auctae etiam divitiis *Regillae*, coniugis, de quâ *Fabricius* postea. *Eichst.*

3. Cap. II. pag. 409. ed. *Hack.* ubi v. *Salmaf.* Enimvero Herodes Atticus fuit quoque praeceptor M. Antonini philosophi. Vide *Capitolinum* in vitâ illius imperat. cap. 2. ibique *Salmaf.* et

Casaub. atque *Dionis Cassii* lib. 77. pag. 1199. *Reimar. Harl.*

4. Delata videtur Herodi praefectura civitatum Asiaticae et Europaeae Graeciae a. 125. quo anno Hadrianus per hiemem Athenis commorabatur. *Eichst.*

5. Τὸν ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν Τιβ. Κλαύδιον Ἀττικὸν Ἡρώδη Μαραθῶνιον celebrat vetus Inscriptio, Megarae inventa, in *Sponii* Miscellan. crud. antiquit. p. 321. et Itinerario P. II. p. 482. *Eichst.*

6. *Philostratus* in *Polemonis* vitâ p. 536. ἦρα μὲν γὰρ τοῦ αὐτοσχεδιάζειν μᾶλλον ὁ Ἡρώδης, ἢ τοῦ ὑπάτος τε καὶ ἐξ ὑπάτων δοκεῖν. *Fabric.* Recte autem *Fabricius* consulatum Herodis re-



dignitate atque opibus, quas habebat, amplissimis cenferi gestiebat. Audivit iuuenis Scopelianum (v. *Philostr.* in Scopeliano p. 521. et in Herodis vitâ p. 564.), deinde Favorinum quoque (v. *Suid.* in Ἡρώδης, e *Philostrato*), et Atheniensem Secundum (v. *Philostrat.* in Secundo. p. 544.). Polemonem vero adultus et quum ipse alios iam doceret, admiratus et donis prosequutus fuit (v. *Philostr.* in Polemone p. 539.). In Platonicâ philosophiâ Taurum, Tyrium, (v. *Philostr.* p. 564. ubi v. *Olear.*), in Criticâ arte⁷ maxime Theagenem, Cnidium, et Munatium, Trallensem, magistros habuit. Ex antiquis imitatus est maxime Critiam⁸. Adversarios habuit Peregrinum, philo-

tulit ad an. 143. v. *Gruteri* Inscriptt. p. CLXXII, 10. *Donat.* p. CLXVI, 2. *Sponnii* Miscellanea p. 321. Consentit *Visconti* p. 95. monens praeterea, Inscriptionem apud Muratorium pag. CCCXLIII, 3. in quâ Atticus Consul a. 185. M. Bradae suffectus cum collega Materno memoratur, non pertinere ad Herodem, patrem, de quo intelligi fere solet, sed ad Atticum, filium. Pater enim, Herodes Atticus, consulatum non nisi semel gessit; iterum oblatum

recusavit, moerens mortem uxoris. Nec sane probabile est, Herodem, quum honorum populi finem iam esset an. 143. consequutus, 42 annis post consulem fuisse Bradae suffectum. *Eichst.*

7. Non grammaticam, sed artem de oratoribus iudicandi intelligit Philostratus interprete et iudice *H. Valesio* de critica I. p. 149. sq. ubi paucula leguntur de Theag. Cnidio et Munatio. *Harl.*

8. Nobilis fuit Critias orator, quem cum laude me-



sophum Cynicum (v. *Philostrat.* p. 563.), Demonstratum item (v. *Philostrat.* p. 555.), cuius orationem contra Herodem admirationi fuisse testatur *Philostratus* p. 563. tum affinem, Braduam, uxoris suae Regillae, fratrem, qui consul fuit A. C. 160.⁹, Quintiliosque¹⁰, et Praxagoram ac Mamertinum: familiarem Lucium, sapientem virum et facetum (v. *Philostrat.* p. 556. sqq.), discipulum Musonii, Tyrii, nec diversum fortassis a Lucio, Patrensi, vel ipso Luciano, qui et

morat *Dionysius Halicarnass.* T. II. Opp. p. 28, 111, et 161. Iudicio *Scholiasiae* ad *Hermog.* pag. 415. non deterior Antiphonte. Unus fuit e triginta Tyrannis, et Atheismo inculabatur. vid. *Schol.* et *Hemsterhus.* ad *Aristoph.* *Plut.* v. 147. p. 428. sqq. Eius *Λακεδαιμονίων πολιτεία*, laudatur ab *Harpocrate* v. *λυκιουργεῖς*. Caeterum *Herodem Atticum* studiosum fuisse antiquorum verborum, nimisque obsoleta verba admasse, ex *Athenaeo* adparere mihi videtur. Ait enim *Athenaeus* Lib. III. p. 99. C. Ὅσα δὲ καὶ Ἡρώδη τὸν Ἀττικὸν ῥήτορα ὀνομάζοντα τροχοπέδην, τὸ διαβαλ-

λόμενον ξύλον διὰ τῶν τροχῶν, ὅτε κατάντεις τόπους ὁ ἔχούμενος ἐπορεύετο, καὶ τοῖς Σιμαριστοῦ ἐν τοῖς Συνωνύμοις ἐποχλέα τὸ ξύλον τοῦτο ἐπονομάσαντος.

9. Confer Sam. Petitem Lib. I. Var. Observat. c. XI. (et *Olear.* ad *Philostrat.* pag. 555.) *Fabric.* Fuit *Appius Annius Atilius Braduas*, non, ut *Salmasius* (p. 20.) putabat, *M. Atilius Braduas*, quippe qui consulatus honoribus anno demum 185. functus est. vid. praeced. not. (n. 7.) *Eichst.*

10. v. *Philostrat.* p. 559. *Fabric.* De Quintiliis cnf. omnino *Tillemont Histoire des Empereurs* Tom. II. p. 320. *Eichst.*



ipse Λούκιος interdum dicitur. Filiae fuere Panathenais et Elpinice, quas morte ereptas sibi incredibiliter luxit, et filius Atticus¹¹, (v. *Philostat.* p. 558.), tam stupidus, ut viginti quatuor pueros aequales ipsi adiungendos putaverit pater, litterarum appellatos nominibus, ut per hos tandem litterarum addisceret rudimentum. E famulis Achilles, Pollux, et Memnon Aethiops (v. *Philostat.* p. 558. et III, 3. de vitâ Apollonii), quorum obitum itidem tulit impatientissime: libertus Alcimedon (v. *Philostat.* p. 560. sq.) aliique. Discipuli Amphicles Chalcidensis, (v. *Philostat.* in vitâ Philagri p. 578. sq.), Sceptus (s. *Sceptes*, Corinthius, v. *Philostr.* in vitâ Alexandri p. 573.

11. Philostrati testimonium sequutus est Fabricius. Sed *quatuor* liberos Herodi tribuit auctor Inscriptionis Triopeae secundae v. 15. Quam ob rem viri docti, quoniam apud Philostratum legerant, Regillam, uxorem Herodis, decessisse praegnantem, et partui vicinam, ita conabantur litem componere, ut foetum illum, quem in utero gerebat Regilla, quique cum ipsâ periit, inter liberos, Herodi ereptos, recenseri ab auctore inscriptionis statue-

rent, v. *Salmaf.* in Creniâ Museo philol. II. pag. 146. Verum recte vidit *Visconti* (in Commentario ad illas Inscriptt. p. 81. coll. Praefat. p. 4.) etiam in *Luciani* Demonacte (§. 25. Tom. V. p. 243. ed. Bipont.), praeter Atticum, memorari alium filium Herodis, quem et ipsum immaturâ morte sibi ereptum, luxerit. Ergo ex his indiciis, quod Philostratus tradidit, refingendum est. *Eichst.*



et *Eudocia* in Alexandro p. 53.) et Adrianus, Tyrius, (qui successor eius etiam pro funere Herodem laudavit, teste *Philostrato* in vitâ Adriani p. 586., et auscultantibus Atheniensibus lacrimas expressit,) Chrestus, Byzantinus, aliique infiniti, atque in his etiam A. Gellius, qui in Noctibus Atticis Herodis cum laude mentionem facit dictaque eius nonnulla refert. (Loca sunt I, 2. IX, 2. XIX, 12.) Eloquentiâ apprime valuit, ita ut unum ex antiquis decem Oratoribus referre diceretur (v. *Philostat.* in Herode p. 564.), et βασιλεὺς λόγων vocatus sit ab Adriano et Rufo Perinthio (v. *Philostat.* in Adriano p. 586. et in Rufo p. 589.), atque Ἑλλήνων γλῶσσα (ibidem, p. 598.)¹². Docuit Athenis obiitque ex tabe,

12. Etiam γλῶσσα Ἀθηνῶν in Inscript. Triopéa II. v. 37. e rectiore interpunctione Visconti. *Eichst.* Quantâ et quam mirâ variâque dicendi vi, et amoenitate valuerit, exemplum, quod *Philostat.* in Alexandro, s. de vit. Sophist. Libr. II. c. V. sect. 3. amplis verbis enarravit, abunde declarat. Nam *Alexander*, quem vulgo Peloplatonem, (*luteum Platonem*) cognominabant, Seleuciâ in Ciciliâ ortus, Sophista

celebris, qui maximam partem Antiochiae scholas habuit, et Romae Tarfique et omnibus Aegypti partibus, quum Athenas venisset, ad Herodem, in Marathone commoratum, misit litteras, quibus Graecos, (n. Discipulos Herodis) ad certamen sophisticum excitaret. Alexander, quum ante Herodis adventum elegantiam orationis et soni varietate auditores ad admirationem rapuisset, at postea supervenientem He-



ipse Λούκιος interdum dicitur. Filiae fuere Panathenais et Elpinice, quas morte ereptas sibi incredibiliter luxit, et filius Atticus¹¹, (v. *Philostat.* p. 558.), tam stupidus, ut viginti quatuor pueros aequales ipsi adiungendos putaverit pater, litterarum appellatos nominibus, ut per hos tandem litterarum addisceret rudimentum. E famulis Achilles, Pollux, et Memnon Aethiops (v. *Philostat.* p. 558. et III, 3. de vitâ Apollonii), quorum obitum itidem tulit impatientissime: libertus Alcimedon (v. *Philostat.* p. 560. sq.) aliique. Discipuli Amphicles Chalcidensis, (v. *Philostat.* in vitâ Philagri p. 578. sq.), Sceptus (s. *Sceptes*, Corinthius, v. *Philostr.* in vitâ Alexandri p. 573.

11. Philostrati testimonium sequutus est Fabricius. Sed quatuor liberos Herodi tribuit auctor Inscriptionis Triopaeae secundae v. 15. Quam ob rem viri docti, quoniam apud Philostratum legerant, Regillam, uxorem Herodis, decessisse praegnantem, et partui vicinam, ita conabantur litem componere, ut foetum illum, quem in utero gerebat Regilla, quique cum ipsâ periit, inter liberos, Herodi ereptos, recenseri ab auctore inscriptionis statue-

rent, v. *Salmas.* in Creniâ Museo philol. II. pag. 146. Verum recte vidit *Visconti* (in Commentario ad illas Inscriptt. p. 81. coll. Praefat. p. 4.) etiam in *Luciani* Demonacte (§. 25. Tom. V. p. 243. ed. Bipont.), praeter Atticum, memorari alium filium Herodis, quem et ipsum immaturâ morte sibi ereptum, luxerit. Ergo ex his indiciis, quod Philostratus tradidit, refingendum est. *Eichst.*



et *Eudocia* in Alexandro p. 53.) et Adrianus, Tyrius, (qui successor eius etiam pro funere Herodem laudavit, teste *Philostrato* in vitâ Adriani p. 586., et auscultantibus Atheniensibus lacrimas expressit,) Chrestus, Byzantinus, aliique infiniti, atque in his etiam A. Gellius, qui in Noctibus Atticis Herodis cum laude mentionem facit dictaque eius nonnulla refert. (Loca sunt I, 2. IX, 2. XIX, 12.) Eloquentiâ apprime valuit, ita ut unum ex antiquis decem Oratoribus referre diceretur (v. *Philostat.* in Herode p. 564.), et βασιλεὺς λόγων vocatus sit ab Adriano et Rufo Perinthio (v. *Philostat.* in Adriano p. 586. et in Rufo p. 589.), atque Ἑλλήνων γλῶσσα (ibidem, p. 598.)¹². Docuit Athenis obiitque ex tabe,

12. Etiam γλῶσσα Ἀθηνῶν celebris, qui maximam partem Antiochiae scholas habuit, et Romae Tarfique et omnibus Aegypti partibus, quum Athenas venisset, ad Herodem, in Marathone commoratum, misit litteras, quibus Graecos, (n. Discipulos Herodis) ad certamen sophisticum excitaret. Alexander, quum ante Herodis adventum elegantiam orationis et soni varietate auditores ad admirationem rapuisset, at postea supervenientem He-

in Inscript. Triopéa II. v. 37. e rectiore interpunctione Visconti. *Eichst.* Quantâ et quam mirâ variâque dicendi vi, et amoenitate valuerit, exemplum, quod *Philostat.* in Alexandro, s. de vit. Sophist. Libr. II. c. V. sect. 3. amplis verbis enarravit, abunde declarat. Nam *Alexander*, quem vulgo Peloplatonem, (*luteum Platonem*) cognominabant, Seleuciâ in Ciciliâ ortus, Sophista



Marathone in patriâ, anno aetatis LXXVI. Commodo, ut credibile est, iam imperante; unde natus colligitur primis Trajani, imperatoris annis¹³. Nam iuvenis, in Pannoniâ dicturus coram imperatore, Hadriano, quum excidisset et memoriâ lapsus esset, tanto taedio affectus fue-

rodem cum vi et suavitate dicentem audisset, demum, quamquam arrogans elatoque esset animo, exclamavisse dicitur; *ó Herodes, fragmenta tui sumus nos omnes Sophistae*. Eandem historiam ex Philostrato *Eudocia* p. 52. sq. ita exscriptam reddidit, ut paullo ante exitum narrationis et in fine ipso haud pauca omitteret. *Harl.*

13. Hoc quum et *Visconti* ita posuerit, tacite respicit *God. Olearii* chronologicas rationes, quae omnino, si accuratius pensitentur, falsae et inanes reperiuntur. Nempe secundum eamputationem temporum, quam *Olearius* ad Philostratum iniiit, Herodes natus est decimo tertio anno imperii Domitiani, V. C. 847. Chr. 94. Ol. CCXVIII, 2. Id, si accipimus ex fide *Olearii*, fe-

quitur, Herodem, qui septuaginta et sex annorum senex diem suum obiit (vid. *Philostr.* p. 565.), mortuum iam esse ante Faustinae, Marci, imperatoris coniugem, quae anno demum 175. iter in Orientem ad maritum suum ingressa, secessit. Verum et nobilis illa reconciliati imperatoris ad Herodem epistola (v. *Philostat.* p. 561), scripta, ut nobis videtur, a. 176. quum Herodes fere triennio ante in iudicio fuisset accusatus, et multo magis relicta nobis Inscriptio in statuam Regillae, quam Herodes Faustinae dicavit, ostendunt, eum Faustinae superstitem vixisse. Optime congruunt temporum rationes, si Herodem, imperante Trajano, a. 104. natum, et sub imperio Comodi a. 180. extinctum statuamus. *Eichst.*



rat, ut in Danubium praecipitare se voluerit. (v. *Philostat.* in Herode. p. 565.)

Scripta eius à Philostrato memorantur *Διαλέξεις* sive *disertationes*, philosophici ut mihi persuadeo, argumenti¹⁴, et *Ἐφημερίδες*, *diaria*, Suidae etiam tamquam *σύγγραμμα πολυμαθές* laudata, et *ἐγχειρίδια καίρια, τὴν ἀρχαίαν πολυμαθειαν ἐν βραχέϊ ἀπηνθισμένα, manualia opportuna, velut florum ex eruditâ antiquitate delibatorum selecti quidam fasciculi.* Hisce omnibus deperditis, ne ex Orationibus quidem eius aliqua, neque ex declamationibus, quas *αὐτοσχεδίους* sive extemporales et meditatatus habuit plurimas¹⁵, ulla tulit aetatem, exceptâ unicâ, quae

14. Opus *Herodis*, ad doctrinam morum forte spectans, laudatur ab *Auctore Etymologici Gudiani MS.*, voce *Ἄρσην*. Ait Grammaticus: *Ἄρσην, ἀπὸ τοῦ ἄρδω, ὁ ἄρδων τὴν θήλειαν τῆ γονῆ. Ἐπαφράδιτος δὲ παρὰ τὸ ἄρσι, πρακτικὸς γὰρ λέγεται ὁ ἄρσην κατὰ διάλεκτον. καὶ ἐτυμολογεῖται παρὰ τὸ ἔρδω, ἵν' ᾗ ὁ πρακτικός. οὕτως ἩΡΩΔΗΣ, ἐν τῷ περὶ γάμου συμβίωσης.* Legitur quoque haec observatio in *Elym. M.* ibi-

que recte tribuitur *Herodiano* opus.

15. In primis amabat Herodes extemporale dicendi genus, quod Sophistis illius aetatis maxime placuisse scimus, tanto ille magis recedens à nativâ simplicitate et elegantia Atticâ, quanto studiosius succum et pigmenta orationis sectaretur, coloremque et ornamenta e longinquo arcesseret, doctrinâ potius quam ingenio valens. Eamdemque indolem referunt duo illa carmina, quae



περὶ πολιτείας, de Republicá, inscribitur, et comparata est ad suadendum Thebanis, ut societatem cum Peloponnesiis ac Lacedaemoniis ineant contra Archelaum, Macedoniae regem. Graece prodiit cum Lysíá et aliis Atticis Oratoribus Venet. apud Aldum 1513. fol. et Paris. ap. H. Stephanum 1575. fol. Latine vertit et ad calcem Aristidis edidit *Guil. Canterus*, Basil. 1566. fol. Graece et Latine cum Canteri versione recusa est Hanov. 1619. 8. curante *Jano Grutero*, ad calcem orationum Dinarchi, Lycurgi, Lesbonactis et Demadis. Inest etiam in Io. Iac. Reiskii Oratoribus graecis Tom. VIII. Lips. 1773. p. 32. sqq. ¹⁶.

Epistolas Herodis plurimas fuisse, testatur *Philostrat.* p. 565. quarum aliquas memorat, uti

Herodi ut plurimum adscribuntur. Quamquam de his praeclarius statuit *Visconti*, quem v. p. 3. et 7. *Eichst.*

16. Iam in Praef. monui, minime Orationem ab Herode profectam, sed opus esse Sophistae anonymi. Fuit enim tempus, quo Sophistae ingenium doctrinamque conferebant ad fingendos quosdam libros, eosdemque antiquis scriptoribus tribuebant. Sic sub nominibus Lysiae et De-

mosthenis ἐπιτάφιοι λόγοι prostant, quae ingeniis Sophistarum multo digniores sunt, quam Lysiae et Demosthenis.

Sunt quoque inter Platonicos dialogos, quos nemo non videt suppositos esse. Memorabile est, iam *Harpocratonem*, quoties *Lysiae*, *Hyperidis*, aut alius magni oratoris orationem laudat, saepissime addere, εἰ γνήσιον, si verum est. vid. *Harp.* p. 11, 13, 22, 23. etc.



ad Iulianum p. 552. ad Marcum, imp. p. 562. ad Cassium, novas res molientem, p. 563. Ἡρώδης Κασσίου, ἐμάνη, *Herodes Cassio, infanis.* — Hactenus *Fabricius*.

Praeter *Orationes* et *Epistolas*, à Fabricio commemoratas, Herodem nostrum et alia scripta multa¹⁷ nobilitarunt, et *Inscriptiones* quaedam quas vel ipse composuit, vel ab aliis componendas sibi curavit. Quemadmodum enim opulentissimus Sophista, qui celebritate sermonum et publicâ luce laetaretur, permulta opera et aedificia publica non Athenis solum, sed Philostrato teste, per totam paene Graeciam, Asiam et Italiam et instauravit, et de novo fecit, statuasque, templa, balnea, aquarum ductus, simulacra multa posuit: ita sibi monumentum suisque haeredibus in primis struxit in Triopio suo, quod fuit ἀπόστημα fundi, quem Herodes, coniugis beneficio, ad tertium ab Urbe lapidem in viâ Appiâ possedit, appellatum illud à Triopâ, Erisichthonis patre¹⁸, consecratum Diis, τεμένει instructum

17. *Suidas* de Herode in θεωρεῖται, καὶ κατανοεῖται, lexicon suum ista retulit, καὶ καταδείκνυται. *Eichst.*
ab aliquo Sophista, opinor, 18. Non temere hoc scripta. Tom. II. pag. 78. ρη, neque inscius vel aliarum
φέρονται καὶ ἄλλα πλείστα, sententiarum, vel etiam il-
ἐν οἷς τὸ μεγαλοφυές καὶ lius, quam eruditissimus
ὑψιστον τοῦδε τοῦ ἀνδρός *Visconti* de appellatione et



et sepulcro etiam familiae destinatum. Ex hoc Triopio nunc quidem quatuor nobis inscriptiones innotuere, quas breviter recensimus.

I.

Inscriptio duabus columnis incisa, quae factae sunt e marmore Carystio (cipollino verde), repertae ineunte XVI. saeculo, et posthac in hortos Farnesianos translatae. Unde Farnesianae columnae inscriptio dici solet. Istaе vero columnae, quas, probabile est, in ipso introitu Triopii Herodiani olim fuisse erectas, Cereri et Proserpinae subterraneisque Diis dedicatae sunt, praecipiuntque loci reverentiam, ac religionem adeuntibus, cum imprecatione illorum, si qui forte sede illas suâ movere, aut sacrum locum violare aggrediantur. Inscriptionem publicam fecere Scaliger in animadversionibus ad Eusebium p. 210. Gruterus in Corpore Inscriptionum p. 27. Montfaucon Palaeograph. graecae Lib. II. p. 135. Lanzi Saggio sulla lingua Etrusca P. I. c. VI, 9. XIII. p. 146. et Tab. IV. n. XVI. Rambachius in Supplementis Archaeologiae Potterianae Tom. III. p. 254. denique Visconti Inscriz.

naturâ Triopii nuper proposita est *Ephemeridibus univ.* sicut. Rem omnem diligentius excussi in Censurâ *litterariis, Ienae prodeuntibus ann. 1796. n. 61.* Visconti operis, quae inserta *Eichst.*



Trioee ora Borghefianep. 6. Caeterum quoniam in scriptio haec antiquissimam refert Atticorum orthographiam, inde multiplex est ea de re disputatio nata, tum iis viris doctis, quos editores recensui, tum etiam aliis. V. *Salmasii* notas ad Consecrationem templi in agro Herodis, *Musei Creniani primi* p. 42. sqq. Levesque Excursion quatrieme sur l'orthographie de Thucydide, et sur la forme des lettres dont il a fait usage, in nova Thucydidis versione (Paris. 1795.) Tom. IV. p. 315. Add. *Villoison* Anecdota Graeca Vol. II. p. 122. sq. 169. not. 1. ¹⁹.

19. Ut nihil eorum, quae ad Herodem spectant, lectores lateat, hic addam Inscriptionem: Οὐδενὶ θεμιτὸν μετακινήσαι ἐκ τοῦ Τριοπίου ὃ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ τρίτου ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππία Ἡρώδου ἀγρῷ· οὐ γὰρ λωίῶν τῷ κινήσαντι. Μάρτυς δαίμων ἢ ἐνοδία καὶ κίονες Δήμητρος καὶ Κόρης ἀνάθημα καὶ χθονίων θεῶν καὶ . . . (Ῥηγίλλης?) *Nemini fas transferre e Trioπιο, quod est ad tertium in via Appia in Herodis agro: non enim bonum moventi. Testis Dea vialis et columnae,*

Cereris et Proserpinae donarium, et Manium deorum, et . . . (Regillae?) Nolo de Inscriptione copiosius agere. Evolvat, si quis plura cognoscere cupiat, *Buhierii* Dissertationem de priscis Graecorum et Romanorum litteris p. 561. *Edm. Chishull*, *Antiq. Asiat.* p. 11. *Hagenbuchium* in *Diatrib. de Graecis Thesauri novi* Muratoriani *Marmoribus.* p. 11—16. et *Cl. Saxium*, in *Scholiis Literario-Criticis ad* Muratorii *Thef. Inscriptt. in Actis Societatis Trajectinae.* T. II. p. 267.



II.

Inscriptio praediorum Anniae Regillae, primum vulgata in *Montfaucon* Diario Italico (Paris. 1702. fol.) pag. 125. repetita postea in *Fabretti* Inscriptt. c. V. p. 43. et apud *Visconti* p. 5. Dubitari non potest, columnam hanc, sex fere pedes longitudine aequantem, quae praedii *Anniae Regillae* olim metae aut signi loco fuerat, ab Herode erectam in eodem Triopio, viâ Appiâ, fuisse, in quo memoriam coniugis aliis etiam tum inscriptionibus, tum aedificiis posteritati commendarat. Postea, Maxentii tempore, inversâ columnâ, et quâ parte tenebat inscriptionem *Anniae Regillae*, defixâ in terrâ, pro miliario fuit ²⁰.

III.

Consecratio Triopii, facta Minervae et Nemefi. Constat inscriptio 39 versibus hexametris, eruta a. 1607. ad urbem in viâ Appiâ, praesente *Christophoro Puteano (du Puits)*, cuius operâ Lutetiam venit, mox ibi publicata ab eruditis.

20. Inscriptio ita se habet:
ANNIA ΡΗΓΙΛΛΑ
ΗΡΩΔΟΥ ΓΥΝΗ ΤΟΦΩC
ΤΗΣ ΟΙΚΙΑC ΤΙΝΟC ΤΑΥ
ΤΑΤΑΧΩΡΙΑ ΓΕΓΟΝΑΝ.

Annia Regilla
Herodis uxor
Lumen domus
cuius haec praedia
fuerunt.



IV.

Dedicatio statuae Regillae, uxoris Herodis. Effossa decennio post, eodem loco, ἐπιγραφή 59 hexametris continetur, debeturque doctissimo Viro *Jacobo Sirmondo*, qui eam Roma attulit, ad ipsum marmor à se descriptam, et cum *Claudio Salmasio*, primo eius et ante Visconti studia eruditissimo editore, communicavit. De quo postea.

Nam haec duo maxime carmina, quae ultimo loco memoravi, inscripta marmorì Pentelico (*cipollo bianco* Itali vocant, v. *Visconti* museum Pio-Clementinum Tom. III. Tab. XV. p. 18.) eruditorum attentionem et curam excitaverunt, tum propter versuum elegantiam, si illud Herodis aevum spectes, minime spernendam, tum ob notitiam multarum rerum, quae aliunde disci vix poterant. E villâ Cardinalis *Scipionis Borgheae* hae inscriptiones devenerunt ad principem, iuvandis litteris ornandisque artibus natum, *Marcum Antonium Borgheae*, qui templum iussit splendidissime aedificari ad modum illius, quod Herodes olim Cereri et Faustinae extruxerat. Huius in templi limite marmora ista, duabus aris inclusa, binisque inscriptionum versionibus metricis, latina Salmasii et Visconti Itala, instructa, conspiciuntur.

B



Satis de *argumento* et *historiâ* inscriptionum: restat, ut quaedam adiiciamus de illarum auctore. Ac duas quidem priores, quas no. I. et II. attigi, parum refert scire, Herodes fecerit an alius. *Inscriptio praediorum Anniae Regillae* dubito omnino, an à graeco homine profecta sit. Sed gravior est de postremis ἐπιγραφαῖς quaestio, et propriae curae. Verum haec quaestio quoniam hic disceptari non potest, disceptabiturque à nobis alio loco, liceat in eo acquiescere, ut, quam nuper eruditissimus *Visconti* sententiam proposuit argumentisque ingeniose munivit, breviter referamus. Is nimirum urget praefixum ultimae inscriptioni nomen Μαρκέλλου, in quo explicando et editores carminis, et Spanhemius (ad Callimachi H. in Cererem v. 30.) operam frustra consumpserunt. Suspiciatur Visconti, illo nomine ut alibi (v. *Pockoke* *descript. of the East.* p. 103. 104. et *Toupii* *Emendatt.* in *Suid.* Tom. III. pag. 46.), sic et hic, inscriptionis indicari auctorem, qui fuerit *Marcellus Sidetes*, clarus poëta tum aliis carminibus, tum Ἱατρικοῖς περὶ ἰχθύων, quorum nobis adhuc fragmenta quaedam supersunt, à *Fabricio* (*Biblioth. Gr.* Vol. I. p. 14. ed. vet.) et *Schneidero* (ad calcem editionis suae *Plutarchi de educat. pueror.* Argentor. 1775. 8. p. 96. sqq.) edita, à *Bellin de Ballu* autem, claro Oppiani



editore, promissa. Marcellum illum, constat, floruisse imperante Marco Aurelio, v. *Suidas* Tom. II. p. 498. et *Eudocia* p. 299. Iam vero quum sit utriusque inscriptionis metricae in orationis habitu et conformatione summa similitudo, non dubitat *Visconti*, eidem Marcello etiam primam attribuere, nomen poëtae tantum posteriori adhaesisse ratus, sive quod haec prima conspiceretur Triopium Herodis adeuntibus, seu quod omnino potior censeretur praestantiorque altera, quae casu detecta primum, temere potius quam recte aut consilio prima à nobis nominetur. Suspicio eruditi Itali admodum probabilis visa est Viro docto in *Ephemeridibus Gottingensibus* a. 1795. n. 180.²¹: adversus eam quaedam monita sunt in *Censurâ Ienensi* l. c. pag. 483. sq. poteruntque fortassis moneri plura, quae istas Inscriptiones Herodi nostro vindicent.

21. Etiam Viro erudito in *Italiana*. (Tom. V.) 1795. *Ephemeridibus Mantuanis*, p. 309. ubi erudita libri *Giornale della Letteratura* censura.



T E S T I M O N I A
VIRORUM DOCTORUM DE INSCRIPTIO-
NIBUS TRIOPEIS.

I.

Jf. Casaubonus

in Observationibus ad Primam Inscriptionem
initio:

Eximium vetustatis monumentum istud Roma nuper accepit senator amplissimus ac praestantissimus Iacobus Gilottus, missu viri exquisitâ eruditione atque humanitate praediti Christophori Puteani Claudii filii Parisiensis. Fuerat autem, ut scribebat idem Puteanus, ante paucos dies ad urbem in Viâ Appiâ inventum, ac praesente se terrâ erutum.

II.

Jof. Scaliger

in Epistolar. Lib. II. Ep. 140. ad Casaubonum.

Heri praestantissimam Herodis inscriptionem accepi. Noli quaerere, an placuerit, quum partim à praestantiâ ingenii tui, partim ab ipsa Inscriptione etiam admiratio accesserit.

Ibid. Lib. IV. Ep. 431. ad Gruterum.

An Graecam inscriptionem nobilissimam nuper non longe Roma effossam videris, scire aveo.



III.

Davides Hoeschelius

in Epistolis Gudian. n. 106. ad Meursium.

Herodis inscriptionem à te versam habeo e tuo autographo, atque ut Casaubonus noster edidit, unde minus de Glossariensi laboraram editione, ad quam negabant quidquam accessisse.

Paucis interiectis haec scribit:

MS. huius epigraphes ad nobilissimum nostrum Marcum Vellerum misi.

IV.

Claudius Salmasius

in Epistola dedicatoria ad Nicolaum Rigaltium, praefixa editioni duarum Inscriptionum, Paris. 1619.

Remitto ad Te, Vir eruditissime, inscriptionem Regillae, quam non ita pridem abs te accepi: Scito, me longe maximam cepisse ex illius inscriptionis lectione voluptatem. Nam praeter ipsius carminis summam elegantiam, et mere Atticum saporem, ac rerum aliquot antiquarum cognitionem, quam hinc tantum, non aliunde liceat haurire, non mediocriter etiam illo nomine mihi placuit, quod meam veterem de Herode Attico coniecturam, quam si verisimilem modo, doctis hominibus adprobassem, pulcrum ac beatum me putarem, verissimam esse plane confirmaverit.



In Observationibus ad Primam Inscriptionem,
initio.

Egregium ac praeclarum vetustatis monum-
tum, et quo nobilius atque illustrius aliud non
habet luculentus ille veterum inscriptionum The-
saurus, summo labore mirabilique industriâ à
Grutero nostro viro clarissimo collectus.

In Observationibus ad Secundam Inscriptionem,
initio.

Illustre sane utrumque vetustatis monumen-
tum. Nec parum interfuit reipublicae litterariae,
utrumque ad nos salvum pervenisse, cum propter
versuum elegantiam, tum multarum rerum no-
titiâ, quae aliunde sciri non poterant. Debe-
tur autem haec ἐπιγραφή doctissimo Viro Jacobo
Sirmondo, qui eam Roma attulit, ad ipsum mar-
mor à se descriptam.

V.

Bernardus Montfaucon

Palaeographiae Graecae Lib. III. pag. 140. ed. Paris.
1708. f.

Erat enim villa Triopia multis inscriptionibus
nobilitata, ex quibus non paucae supersunt, nem-
pe insignis illa, quae hodie in Villâ Burghesinâ
visitur, eruditis Claudii Salmasii exercitationibus
illustrata, et à Jacobo Sponio, in *Miscellaneis*,
denuo cusa.



VI.

Fabrettus

Inscription. Cap. V. n. 355.

Celeberrimus ille lapis sexaginta linearum, (*secundam intelligit Inscript.*) in hortis Pinciis Burghefiis adfervatus.

Haec sunt Virorum doctorum Testimonia, à Viscontio laudata. Adde *Selden.* de Synedriis Hebraeor. Lib. III. c. 13. p. 269. *Ruperti* epistol. ad Reines. p. 305. *Velferi* epistol. 34. 35. ad Hoefchelium. *Burigny*, Mémoires sur la vie d'Herodes Atticus. Academie des Inscriptions etc. T. XXX. p. 1 — 25. etc.

INDEX EDITIONUM

DUARUM INSCRIPTIONUM VETERUM

E X

IO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA GRAECA

A GOTTL. CHR. HARLESIO AUCTIONARIUS

EDITA TOM. VI, p. 10.

I. *Primam inscriptionem*, per Christophorum Puteanum, celeberrimum Perronianorum auctorem, Roma Lutetiam ad Iacobum Gillotum transmissam, cum quibus epigrammatibus Anthologiae graecae *primus* vulgavit *Fridericus Morellus*.



adiunctâ versione latinâ metricâ, Parif. 1607. 4. v. *Maittaire* Annales typograph. Tom. III. P. II. p. 851.

II. Eamdem deinde inscriptionem, uno tamen versu mancam, passimque à se emendatam et notis illustratam, edidit *Isaacus Casaubonus*, 1608. (Fabricius quidem l. c. Biblioth. Gr. T. III. p. 813. et Visconti annum posuerunt sequentem; verum ex Epistolâ Casauboni, ad Marcum Vellserum datâ, p. 322. ed. Almelov. intelligitur, eo, quem indicavi, anno editionem prodiisse.)

III. Eiusdem Inscriptionis *éditionem Glossariensem* memorat Davides Hoeschelius in epistolâ quadam ad Io. Meursium, inserta *Marq. Gudii Epistolis* ed. Burmann. Ultraj. 1697. 4. pag. 191. Veri admodum simile est, hanc editionem priorem fuisse Salmasiana secundae inscriptionis, vulgatae a. 1619. Sed *Visconti* nec vidit illam, nec quid sibi voluerit *Hoeschelius*, nomine isto usus, intelligere se fatetur. Suspiciatur itaque, scripsisse illum vel *Glessariensem* (h. e. Havniensem, ab insulâ Glessariâ in sinu Codano), vel *Gofslariensem* (à *Gofslariâ* aut *Goflariâ*). Coniicit porro, hanc editionem plane eamdem esse, quam Moelleris fratribus à Martino Baremio dedicatam indicavit Fabricius l. c. absque notâ anni et loci quo prodiit, notans tantummodo, esse Casauboniana re-



petitionem: qualem etiam Hoeschelius suam illam Glossariensem descripsit. — Caeterum, ut et hoc addamus ad excitanda litteratorum, si tanti res videatur, studia, quam Visconti hac in re lucem spondit conferentibus Christoph. Adam. Ruperti epistolam 34. ad Tho. Reinesium p. 305. ea nobis possidentibus librum et locum, quem Fabricius laudaverat, consulentibus haud affulsit. Illud vero non debuerat omittere Visconti, quod Hoeschelius diserte addidit, Glossariensis editionis, *exemplum nullum venale prostitisse.*

In eadem Epistolâ *Hoeschelius* emendationes quasdam proposuit in *primam Epigraphen*: eiusque interpretationem, à *Io. Meursio* factam, et *Apographum*, Roma ad Marc. Velferum missum, commemoravit. Apographi illius etiam mentio fit in Casauboni Epistolâ quam n. II. citavi. Add. Velferi opera p. 839.

IV. *Primam inscriptionem et alteram*, descriptam Romae et allatam inde à Iacobo Sirmondo, quâ statua Regillae dedicatur, copiosissimo commentario instruxit *Claudius Salmasius*, ediditque unâ cum *Dosiadae*, *Simmiae*, et *Theocriti* lusibus Paris. a. 1619. 4. apud Hieron. Drouart.

V. Utraque inscriptio cum versione latinâ ad litteram, reperitur etiam in *Descrizione della*



villa Borghefe, di Giacomo Manilli, Rom. 1650. 8. Editio est vitiosissima.

VI. Emendatas quibusdam in locis inscriptiones has, cum *Petri Arcudii* versione latinâ ad verbum factâ eiusdemque paucis, sed praeclaris animadversionibus edidit *Iacobus Sponius* in *Miscellaneis eruditaе antiquitatis*, Lugduni 1608. 4. Sect. X. n. 12. p. 322—327.

VII. In *Thom. Crenii Museo philologico primo* (L. B. 1699. 8.) n. IV. Casauboniana et in eiusd. *Museo secundo* (L. B. 1700. 8.) n. I. Salmasiana editio repetita est.

VIII. Repetiit textum Inscriptionum versionemque *Petri Arcudii*, sed sine brevi illius annotatione, *Montelatici*, in *Descrizione della Villa Borghefe*, Rom. 1700. 8.

IX. *Manillii* liber, quem n. V. indicavimus, in Latinum sermonem translatus insertusque est *Thesauro rerum italicarum* Tom. VIII. p. IV.

X. *Mich. Maittaire Miscellanea graecorum aliquot scriptorum carmina*, Lond. 1722. 4. p. 174—180. Adiecit metricas versiones, Morellianam quidem inscriptionis primae, Salmasianam utriusque; adiecit et notas, tum e Casauboni et Salmasii copiis ductas, tum etiam suas.

XI. In *Poleni Supplementis Thes. Graeviani et Gronoviani* Vol. II. inest repetitio libri *Salma-*



fiani, nro. IV. memorati, ibidemque Vol. I. *Miscellanea Sponiana* (n. VI.) repetita sunt.

XII. Utramque inscriptionem in *Analecta* sua recepit *Rich. Franc. Phil. Brunckius*, (Argentor. 1773. 8.) Vol. II. pag. 300. sqq. brevibusque notis ornavit *Emendationum* (Vol. III.) pag. 198. Hinc translata sunt carmina in novam editionem *Anthologiae graecae*, curatam à *Frid. Jacobs*, Vol. III. p. 14. sqq.

XIII. Optimam vero et praestantissimam harum Inscriptionum editionem debemus Viro eruditissimo, *Ennio Quirino Visconti*, qui Casauboniani et Arcudiani acuminis laudes felicissime aemulatus, Salmasianam doctrinam sollertiâ iudicandi temperavit, tractandi perspicuitate scribendique elegantia etiam superavit. Confectus est liber, quem chartarum quoque et typorum nitor ac venustas mirifice commendant, auctoritate illustrissimi Principis *Marci Antonii Borgheze*, nec inter librariorum merces expositus in Italia, sed Musarum amicis ab isto Musageta liberalissime concessus. Inscriptio haec est: *Inscrizioni Greche Triopee ora Borghesiane con versione ed osservazioni di Ennio Quirino Visconti, in Roma nella stamperia Pagliarini. 1794. Fol. cum II. tabb. aen.* Marmorum scripturam summâ oculorum animique contentione denuo rimatus,



multos locos editor restituit, in quibus Casaubonus et Salmasius frustra haeserant; excussit quoque notationes decessorum suorum unâ cum *Lucae Holstenii* apographo MS. diligentissime correcto, quod servatur in Bibliothecâ Barberinâ. Ex hoc apparatu enotavit lectionis varietatem, omissis perpaucis, quae Arcudius acute viderat; ipsas vero scripturas marmorum in tabulis aeri incisis subiiciendas oculis curavit. Textui apposuit versionem latinam ad litteram; subiunxit tum metricam interpretationem *Salmasii*, correctam à se passim melioribusque lectionibus accommodatam, tum italicam, quam ipse iussu principis sui composuit. Saepe ei ad tollendas depravationes profuit ingenii sagacitas; ad difficultates verborum et rerum expediendas, interior tum linguae, tum magis etiam historiae atque antiquitatis cognitio; ad nutriendos denique et delectandos lectores, copia multarum rerum, quas in Commentario insigni cum eruditionis pariter atque perspicuitatis laude exprompsit.



CONSECRATIO SAEPTI

A D

PAGUM TRIOPIMUM

IN PRAEDIIS

HERODIS ATTICI.



I.

Πότνι Ἀθηναίων ἐπιήρανε, Τριτογένεια,
 Ἦτ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὀρέας, Ῥαμουσιάς Οὐπί,
 Γείτονες ἀγχιθύροι Ῥώμης ἑκατοντοπύλαι,
 Πίονα * δὴ καὶ τόνδε, Θεὰ, τιμήσατε χῶρον,
 Δῆμον Δηώσιο Φιλόξεινον Τριόπας, 5
 Τόφρα κε καὶ Τριόπειαν * ἐν ἀθανάτοισι λέγησθον.
 Ὡς δ' ὅτε * καὶ Ῥαμνῶντα καὶ ἑυρυχόρους ἐς Ἀθήνας
 Ἦλθετε, δώματα πατρὸς ἐριγδύπσιο λιποῦσαι,
 Ὡς τήνδε βῶεσθε πολυστάφυλον κατ' ἀλοήν,
 Ληϊὰ τε σταχύων, καὶ δένδρεα βοτρύεντα, 10
 Λειμώνων τε κόμας ἀπαλοτρεφῶν ἐφέπουσαι.
 Ὑμμι γάρ Ἡρώδης ἱερὴν ἀνά γαῖαν ἔηκε,
 Τὴν ὄσσην περὶ τεῖχος εὐτροχὸν ἐστεφάνωται,
 Ἀνδράσιν ὀψιγόνοισιν ἀκινήτην καὶ ἄσυλον
 Ἔμμεναι. ἢ δ' * ἐπεὶ οἱ ἐξ ἀθανάτοιο καρῆνου 15
 Σμερδαλέον σείσασα λόφον κατένευσεν Ἀθήνη,
 Μὴ τῷ νήποινον βῶλλον μίαν ἢ ἓνα λαῶν
 Ὀχλίσσαι, ἐπεὶ οὐ Μοιρέων ἀτρεῖες ἀνάγκαι
 Ὡς κε θεῶν ἐδέεσσιν ἀλιτρύσυνην * ἀναθείη.
 Κλύτε περικτίονες, καὶ γείτονες ἀγροῖῶται 20
 Ἰερὸς οὗτος ὁ χῶρος, ἀκίνητοι δὲ θεαίναι,

v. 4. ΠΕΙΟΝΑ *Lapidis*
scriptura.

v. 6. ΕΝΑΘΑΝΑΤΟΙ-
ΣΑΛΕΓΗΣΘΟΝ.

v. 7. ΩΣΟΤΕ.

v. 15. ΕΠΙΟΙ.

v. 19. ΑΝΑΘΗΗ.



I.

Veneranda Athenarum praeses, Minerva Tritonia,
Et quae opera hominum inspectas, Rhamnufias Opi,
Vicinae suburbanae Romae centum portas ha-
bentis,

Uberem, agite, hunc, o deae, honoretis locum,
Pagum Cerealis hospitem Triopae, 5
Ut, et Trioepae inter immortales dicamini.

Quo modo vero, quum et Rhamnuntem et am-
plas Athenas

Venistis, aedibus Patris grandisoni relictis,
Ita hanc properate uvis abundantem ad vineam;
Et campos segetum, et arbores racemosas, 10
Pratorumque comas teneras herbas alentium
confectantes.

Vobis enim sacram Herodes terram dicavit,
Tantam quanta muro circumcurrente saepta est,
Hominibus posteris immobilem, atque invio-
labilem

Futuram. Quoniam vero ipsi immortalis capite 15
Horribilem quatiens cristam adnuit Minerva,
Ne cui liceat impune glebam unam, vel unum
lapidem

Movere, namque Parcarum haud spernandae ne-
cessitates,

Si quis deorum delubris iniuriam intulerit.

Audite, accolae, et vicini agricolae, 20
Sacer hic locus, immobiles autem deae,



Καὶ πολυτίμητοι, καὶ ὑπὸσχῆν οὔαε ἐτοῖμαι·
 Μηδὲ τις ἡμερίδων ἔρχουε, ἦν ἄλσεα δενδρέων,
 * Ἡ ποίην χιλῶ εὐαλδέϊ χλωρὰ θέουσαν,
 Δμωῆ * κυανέου Ἄιδου ρήξειε μακέλλα, 25
 Σῆμα νέον τεύχων, ἦε πρότερον κεραίζων.
 Οὐ θέμιε ἀμφὶ νέκυσι βαλεῖν ἱρόχθονα βῶλον,
 Πλὴν ὃ κεν αἵματος ἦσι καὶ * ἔκγονοε ἔσσαμένοιο,
 Κείνοιε δ' οὐκ ἀθέμιστον· ἐπεὶ τιμάροε * ἴστωρ.
 Καὶ γὰρ Ἀθηναίη τε Ἐριχθόνιον βασιλῆα 30
 Νῆῶ * ἐγκατέθηκε, συνέστιον ἔμμενα ἱρῶν.
 Εἰ δὲ τῶ ἀκλυτα ταῦτα, καὶ οὐκ ἐπιπέεετα αὐτοῖε,
 Ἄλλ' ἀποτιμήσει, μὴ οἱ νήεετα γένητα·
 Ἄλλὰ μιν ἀπρόφατοε Νέμεεεε, καὶ * ῥέμβοε Ἀλάεετωρ
 Τίεεοντα, εετυγερῆν δὲ κυλινδήσει κακότητα. 35
 Οὐδὲ γὰρ ἱφθιμον Τριόπεω μένοε Διολίδαιο
 Ὠναθ', ὅτε νειόν Δημήτεροε ἐξαλάπαξε.
 Τῶ ἦτοι ποινῆν καὶ ἐπωνυμίην * ἀλέασθα
 Χώροε, μὴ * τιε ἐπητα ἐπι * Τριόπειοε Ἐρινύε.

v. 25. ΔΜΩΗΝ.

v. 34. ΡΟΜΒΟC.

v. 28. ΕΚΓΕΝΟC.

v. 38. ΑΛCΑCΘΑΙ.

v. 29. ΕCΤΩΡ.

v. 39. ΜΗΤΟΙ.

v. 31. ΕΝΚΑΤΕΘΗΚΕ.

ibid. ΤΡΟΠΕΙΟC.



Et valde honorabiles, et praebere aures paratae.
Ne quis etiam vinearum ordines, aut nemora arborum,

Aut herbam humore bene nutriente virescentem
et crescentem,

Famula nigri Orci ascia pessumdet, 25

Sepulcrum novum condens, aut vetus turbans:

Non est fas mortuis iniicere terram diis sacram,

Praeterquam illi, qui sit consanguineus atque ex
posteritate eius qui dicavit:

Illis vero haud nefas; ultor enim deus est conscius.

Namque et Minerva Erichthonium regem 30

In templo reposuit, ut contubernalis esset sacrorum.

Si cui vero non audita haec, et non obediit illis,

Sed despiciet, non illi hoc sine poena redeat;

Sed ipsum repentina Nemesis, et qui vagatur
vindex daemon,

Punient; infestam vero semper volvet aerumnam: 35

Neque enim generosam Triopae vim Aeolidae

Iuvit novale Cereris diripuisse:

Idcirco sane poenam, et titulum veremini

Loci, ne qua sequatur Trioepa Erinnyes.



V A R I A E L E C T I O N E S .

A. significat *Petri Arcudii Apographum*, editum à *Jacobo Sponio* in *Miscellaneis eruditae antiquitatis*, et in *Montelatici Descrizione della villa Borghefe*. B. *Brunckianam* lectionem. C. *Casaubonianam*. H. L. *Holstenii* lectionem, e Codice MS. *Bibliothecae Barberinae*. M. *Maitairii* lectionem. S. *Salmasianam*.

V. 1. Ἀθηναίων. A.

ἐπιείρανε. C. S. M.

2. ὀράεις. C. ἐλάεις vel λάεις, vel λάις. S. ἐλάεις. B.

3. ἑκατονταπύλοιο. C. S. B. ex correctione.

4. θεᾶς. A.

6. ἀλέγησθον. A. ἀθανάτοιςι λέγησθον. C. S. ex correctione. *)

9. πολυστάφιλον. C. S. M.

13. deest C.

14. ὄψυγόνοισιν. C. S. A. M.

15. οἶσασα. A. σείσασα. C. M.

17. μήτοι. A. νοίποινον. C.

*) *Celeberg. Jacobs*, in margine: forte ἐν ἀθανάτοις ἀλέγησθον.



- V. 18. ἀτρῆϊς. C. S. ἀτρέισσαν ἀναγκᾶ. A. ἄτερ εἶσιν. C.
ex coniecturâ. ἀτρῆες. S. ex coniecturâ, quod se-
quitur B. ε superscriptum vidit H.
19. ἀναδήη. C. S. A. M. ἀναδείη S. ex correctione,
quem sequutus B.
21. ἀκίνητοί τε. B. χόρος. C.
23. ἢ ἐν. C. B. M. ἐνάλσεια. S. ἐς ἄλσεια. C. ex cor-
rectione. δένδρων. Omnes.
24. χλωρανθρέουσαν. C. ex coniecturâ.
25. ῥήξειε. C. S. A. πήξειε. C. ex coniecturâ.
δροήν. C. δρωῖ μακέλλα. Hoeschelius et S. ex
coniecturâ. μακέλλα. H. μάκελλαν. ceteri.
26. κεραίξων. C. S. A. M. in notis.
28. ἔγγενος ἐσσαμένο. C. A. ἔγγονος. omnes reliqui
praeter H. εἰσαμένοιο. S. ex coniecturâ.
29. κείνοις δ' οὐκ ἀθέμιστον. parenthesibus includit B.
εἴστωρ. S. ex coniecturâ. H. tamquam ex lapide.
ἴστωρ. B. ex correctione.
30. Ἀθηναῖα. A.
περὶ χθόνιον. Omnes, etiam H. περὶ οἱ χθόνιον.
S. ex coniecturâ. πκρά οἱ. corrigebat B.
31. ἐγκατέθηκε. Omnes.
32. ἐπιπεύσεται. S. B. ex coniecturâ.
αὐτὸν. C. S. αὐτῶν. A. H.



36 CONSECRATIO SAEPTI ETC.

V. 34. ῥέμβος. Hoefchelius ex coniecturâ. *)

36. Αἰολίδεω. C. S. M. ex coniecturâ.

38. καὶ. deest A.

λάσασθα. C. S. A. M. ἀλέασθα ex correctione. **)

39. Τριόπειος. H. tamquam ex lapide.

Ἐριννύς. M. B.

*) Celeberr. *Jacobs*, in margine: ῥέμβος.

**) Vid. Not.



DEDICATIO
SIMULACRI REGILLAE
HERODIS UXORIS
IN CERERIS ET FAUSTINAE
AD
TRIOPIMUM.



II.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ.

Δεῦρ' ἴτε, Ουβριάδες, νηὸν ποτὶ τόνδε γυναῖκες,
 Ῥηγίλλης ἕδος ἀμφὶ θυοσκία ἱρὰ φέρουσα.
 Ἡ δὲ πολυκτεάνων μὲν ἔην ἐξ Αἰνεαδάων,
 Ἀγχίσεω κλυτὸν αἶμα καὶ Ἰδαίης Ἀφροδίτης.
 Γήματα δ' ἐς Μαραθῶνα. θεαὶ δὲ μιν εὐρακῶνα 5
 Τίουςιν, Δηώ τε νέη, Δηώ τε παλαιή,
 Τῆσί περ ἱερὸν εἶδος εὐζώνοιο γυναικὸς
 Ἀγκείται· αὐτὴ δὲ μεθ' ἠρώνησι νέασται
 Ἐν μακάρων νήσοισιν, ἵνα Κρόνος ἐμβασιλεύει.
 Τοῦτο γὰρ ἀντ' ἀγαθοῖο νόου εἴληχεν ἄποινον. 10
 Ὡς οἱ Ζεὺς ὤκτειρεν ὀδυρόμενον παρακοίτην,
 Γῆρα ἐν ἀζαλέῳ χήρῃ περικείμενον εὐνή.
 Οὐνεκά οἱ παῖδας μὲν ἀμύμονος ἐκ μεγάροιο
 Ἀρπυιαὶ κλωθῶες ἀνηρέψαντο μέλαινα
 Ἡμίσεας πλεόνων· δοιῶ δ' ἔτι παῖδε λιπέσθην 15
 Νηπιάχω, ἀγνώτε κακῶν, ἔτι πάμπαν ἀπίστω,
 Οἴην σφιν νηλῆς κατὰ μητέρα πότημος ἔμαρψε,
 Πρὶν περ γηραιῆσι μιγήμεναὶ ἠλακιάτησι.
 Τῷ δὲ Ζεὺς ἐπίηρον ὀδυρομένῳ ἀκόρητον,
 Καὶ βασιλεὺς Διὶ πατρὶ Φυὴν καὶ μήτιν ἑοικώς. 20
 Ζεὺς μὲν ἐς Ὠκεανὸν θαλερὴν ἔστειλε γυναῖκα,
 Αὖρησι ζεφύροιο κομιζέμεν Ἠλυσίησιν.
 Αὐτὰρ ὁ ἀστερόεντα περὶ σφυρὰ παιδὶ πέδιλα

. II.

. MARCELLI.

Huc adeste Tiberinides ad templum mulieres,
Regillae ad simulacrum suffimenta sacra ferentes.

Ea quidem opulentissimis erat ex Aeneadis,
Anchisae inclytus sanguis, et Ideae Veneris:
Nupta venit Marathona: divae autem ipsam coe-
lestes 5

Honorant, Ceres nova, et Ceres prisca,
Quibus sacra effigies formosae mulieris
Dicata est. Ipsa vero cum heroïnis habitat
In beatorum insulis ubi Saturnus regnat;
Hoc enim pro bona mente sortita est munus; 10
Ita illius Jupiter miseratus est lugentem con-
iugem

Senecta in arida viduo incumbentem lecto;
Quoniam illi liberos egregia e domo
Rapaces Parcae abstulerunt atrae,
Dimidiam partem e pluribus: duo autem gnati
adhuc superant 15

Infantes, malorum inscii, adhuc prorsus ignari
Qualem illis saevum Fatum matrem rapuerit,
Antequam ad seniles accederet colos.
Illi porro Jupiter, solatium deslenti inexplebile,
Et Imperator, Jovi patri specie et consilio similis. 20
Jupiter quidem ad Oceanum floridam misit uxorem
Zephyri deferendam Elysiis auris;
At is stellatos circum talos puero calceos



Δῶκεν ἔχειν, τὰ λέγουσι καὶ Ἑρμάωνα Φερῆνας,
 Ἦμος ὅτ' Αἰνεΐαν πολέμου ἐξῆγεν Ἀχαιῶν, 25
 Νύκτα διὰ δνοΦερῆν· ὁ δὲ οἱ περὶ ποσσὶ σωτῆρ
 Παμφανῶν ἐνέκειτο * σελήναίης κύκλος αὐγῆς.
 Τὸν δὲ καὶ Αἰνεάδαί ποτ' * ἐνερράψαντο πεδίλω,
 Υἱάσιν Αὐσονίων * εὐηγενέεσσι γερᾶα.
 Οὐ μιν * ἰνόσηται, καὶ Κερροπίδην περ' ἔοντα, 30
 Τυρσηνῶν ἀρχαῖον ἐπισφύριον γέρας * ἀνδρῶν,
 Ἐρσης ἐκγεγαῶτα καὶ Ἑρμέω, εἰ ἔτεον δὴ
 Κήρυξ * Ἡρώδεω πρόγονος Θησηϊάδαο.
 Τοῦνεκα τιμήεις καὶ ἐπώνυμος, ἧ μὲν ἀνάσσαν
 Ἔς Βουλὴν ἀγερέσθαι, ἵνα πρωτόθρονες ἔδραϊ 35
 Ἑλλάδι δ' οὔτε γένος βασιλεύτερος, οὔτ' ἔτι Φωνήν,
 Ἡρώδεω γλώσσαν δὲ τέ μιν καλέουσιν Ἀθηνέων.
 Ἡ δὲ καὶ αὐτὴ περ' καλλίσφυρος Αἰνειῶνη,
 Καὶ Γανυμηδέη, καὶ Δαρδάνιον γένος ἦην
 Τρωὸς Ἐριχθονίδαο. σὺ δ', * εἰ φίλον, ἱερά ῥέξαι, 40
 Καὶ θῦσαι· θυέων ἀτὰρ οὐκ ἀέκοντος ἀνάγκη·
 Εἰ δὲ * τι εὐσεβέεσσι καὶ ἡρώων ἀλεγίξειν.

v. 27. CΕΛ ΚΥ-
ΚΛΟ

v. 28. ΠΟ' ΕΝΕΡ-
ΡΑΨΑΝΤΟ.

v. 29. CON . . .
ΗΓΕΝΕΕCCI.

v. 30. . . Ο . . ΟCCH-
ΤΑΙ.

v. 31. ΤΕΡΑC.

v. 33. ΚΗΡΥΧ.

v. 40. ΔΙΦΙΛΟΝ.

v. 42. ΤΟΙ.



Dedit habendos, quos aiunt et Mercurium ge-
stasse,

Tum, quum Aeneam ex bello eduxit Achivorum 25
Noctem per tenebrosam. Illi vero circum pedes
salutifer

Resplendens inerat Lunaris luminis orbis.

Hunc olim Aeneadae adsuerunt calceo,

Filiis Ausonum nobiles honoris signum.

Non eum vituperaverint, etsi Cecropidam, 30
Antiqua talaria, Tyrrhenorum ornamentum vi-
rorum,

Quum Herfa prognatus sit et Mercurio, siquidem
vere

Ceryx Herodis Thesidae progenitor.

Propterea honoratus, et Consul ordinarius, ut
regium

Ad Senatum se conferat, ubi princeps locus. 35
In Graecia porro neque genere nobilior, neque
eloquentia quisquam

Herode, quem et linguam vocant Athenarum.

Illa vero et ipsa pulcra Aeneae neptis,

Et Ganymedeae, et Dardanium genus erat

Trois Erichthonidae. Tu autem, si libet, sacra
facito, 40

Et hostias mactato: verum inviti non est opus
sacris,

Sed si quis piis hominibus amor curam heroum
gerere:



Οὐ μὲν * γὰρ θνητὴ, ἀτὰρ οὐδὲ θείαινα τέτυκται.
 Τούνεκεν οὔτε νεῶν ἱερὸν λάχεν, οὔτ' ἔτι τύμβον,
 Οὐδὲ γέρα θνητοῖς, ἀτὰρ οὐδὲ θεοῖσιν ὅμοια. 45
 Σῆμα μὲν σὶ νηῶ ἵκελον δῆμῳ ἐν Ἀθῆναις·
 Ψυχὴ δὲ σκῆπτρον Ῥαδαμανθῦος ἀμφιπολεύει.
 Τούτο δὲ Φαυστίνη κεχαρισμένον ἦσται ἄγαλμα
 Δῆμῳ ἐν Τριόπῳ, ἵνα σὶ πάρος εὐρέες ἀγροὶ,
 Καὶ χορὸς ἡμερίδων, καὶ ἐλαιήεντες ἄρουραι. 50
 Οὐ μὲν ἀτιμήσειε θεὴ βασιλεία γυναικῶν
 Ἄμφίπολιν γεράων ἔμεναι καὶ ἑπᾶνα νύμφην.
 Οὐδὲ γὰρ Ἴφιγένειαν εὐθρονος Ἰσχέαιρα,
 Οὐδ' Ἔρσην γοργῶπις ἀπητίμησεν Ἀθήνη·
 Οὐδέ μιν ἠρώνησι παλαιῶσι μεδέεσσα 55
 Καίσαρος ἰφθίμοιο παράψεται ἔμπνια μήτηρ
 Ἐς χορὸν ἐρχομένην προτερῶν ἡμιθεῶν,
 Ἡ λάχεν Ἠλυσίησι χοροστασίησιν ἀνάσσειν,
 Αὐτὴ τ', * Ἀλκμήνη τε, μάκαιρά τε Καδμειώη.

v. 43. ΜΕΓΓΑΡ.

v. 59. ΑΥΤΗΙΤ.

Neque enim mortalis, at neque dea est:
 Idcirco neque templum sacrum sortita est, neque
 sepulcrum,

Neque honores mortalibus, at neque diis si-
 miles. 45

Monumentum quidem ipsi templi instar Athe-
 nis est,

Anima vero circa sceptrum Rhadamanthi versatur;
 Hoc autem Faustinae gratum locatum est simula-
 crum

In pago Triopae, ubi illi prius erant ampli campi,
 Et ordo vitium, et olivis confiti agri. 50

Nec spernet dea regina feminarum
 Famulam ipsi honorum esse, et sequacem nym-
 pham:

Neque enim Iphigeniam pulcrum tenens folium
 Diana,

Neque Herfen terribiles habens oculos despexit
 Minerva:

Neque Regillam ipsam heroïnis antiquis impe-
 rans 55

Caesaris magnanimi parvi pendet alma mater
 Ad chorum adventantem priscarum semidearum,
 Cui contigit Elysiis choreis praeesse,
 Ipsi, et Alomenae, et beatæ Cadmeïdi.



VARIAE LECTIONES.

V. 1. Ουμβριάδες. B.

2. Ξυοσκόον. S. ex correctione.

3. πολυκτεάνων. S. ἔνη. A.

4. καυτὸν αἷμα. A.

5. εἰς. S. M. B.

6. τίμουσιν. A.

8. ἀγγεῖται. A.

9. ἐμβασιλεύει. Omnes tamquam ex marmore.

10. εἴληκεν. A.

12. περιχέμενον. S.

13. ἀμύμονας. S. M. B.

15. πλεόνοη. A. λίπεσθον. A. *)

17. σφιν νηδῆς. S. M. σφιν νηλῆς ceteri tamquam ex marmore.

11. γεραίησι. S. **) ἤλακάτησι. A. ἤλακάτησιν. Br.

20. ὅμοιος. S. M. B.

22. αὔρησι. H. tamquam ex marmore.

23. αὐτὰ. S. M.

26. δυοφερῆν. A.

27. κυκλο ρο. S. M. A. σεληναίης κύκλος αἴγλης. S. reposuit ex coniecturâ, quem sequutus B.

*) v. 16. *Visconti*, edidit ἀγνώ τε κακῶν. ergo typograph.

**) v. 18. *Visconti*, γεραίησι. etiam ergo typograph.



- V. 28. παρενεγράψαντο. S. M. B. παρενεγράψαντο. A.
29. ἡγένεσσι. M. σύμβολον Αὔσονίοισιν εὐγενέεσσι γε-
ραιόν. S. ex coniecturâ, quam sequitur B.
30. S. postponit 31.
Θυρσηνῶν. S. M. Τύρρηνων. H.
31. οὐ . . . ὀσσεῖται. S. οὐ . . . οσσηται. M. οὐ . . . ὀσση-
ται. A. οὐ μιν . . . οσσηται. H. καὶ omissum apud
S. et M. ὡς μιν ἐκόσμησε. S. reponit ex coniecturâ,
quam ceteri servant.
32. ἐργειδότα. S. M. ἐργειδώτα. A. ἐκγεγαῶτα. S. corrige-
bat, quem sequuntur ceteri. εἰς ἑτερόν. S. sed ta-
men correctum in εἰ.
33. Κήρυξ. Omnes, praeter H. Θησητάδα. Sphalma
operarum apud S. in quo offendit M.
34. ἄνασσα. S. M.
35. εἰς. S. M. B. εἰ. A.
36. Φονήν. S. M. hîc interpungunt omnes, praeter A.
37. Ἀθηναίων. S. M. Ἀθῆνας. B. ex coniecturâ, ut
videtur.
39. εἶην. S. quod tamen corrigit in ἦεν, et sequuntur
ceteri.
40. Ἐριχθονίδεω. S. ex coniecturâ, quam adripuit B. οὐ
δι' Φίλον. S. M. A. H. ᾧ δὴ Φίλον. S. ex ingenio,
item B.
41. οὐέων. A. haec vox deest apud M.
42. εἶδετα. B. ex ingenio intulit.
43. με γάρ. S. M. μὲν γάρ. A. tamquam ex marmore.



46 DEDICATIO SIMULACRI REG.

V. 45. Φητοῖς. S. M. ἄλλοια. A.

46. νέω Ἰκελον. S. A. Ἀθήναις. A.

47. ἀμοιπολεύει. A.

48. Φαυστείνη. S.

49. δήμω. S. Τριοπέω. S. M. νόοι πάρος. S. M. ναοῦ
corrigit S. et sequitur B.

50. ἐπαίνεντες. A.

51. θεὰ omnes praeter H.

54. ἀπητίμασεν. S. M.

55. ἠρώμησι. S. M. ἠρώμνισι. A. παλαιῶσι. S. M. B.

58. κλυσίησι. A.

59. αὐτῆς. S. M. αὐτῇ γ'. H. αὐτῇ τ'. A. αὐτῇ γ'. S.
coniicit et B. probat.



A D N O T A T I O N E S .





A D N O T A T I O N E S .

I N

P R I M A M I N S C R I P T I O N E M .

Vs. 1. Πόντι' Ἀθηναίων ἐπιήρανε.] Vox ἐπιήρανος, recte observante *Pierfono*, non admodum frequens, proba tamen et antiqua. vid. ei. *Verifimil.* p. 105. *Hesychius*: Ἐπιήρανα. ἐπικουρητικὰ τῆς ψυχῆς ἢ ποδῶν. Ἐπιήρανα θυμῷ ποδάνιπτρα. ΕΠΙΗΡΟΣ. ἐπίκουρος. ἐπιθυμητής. ἐπίηρος. βοηθός. χάριν ἀποδιδούς. Ubi pro priore ἐπίηρος, cum *Pierfono* corrigendum videtur: ΕΠΙΗΡΑΝΟΣ. Sic fuit forfan in Codice Marciano. vid. *Hesych.* ed. Schow. p. 286. Infra idem: Ἡρανεῶν. βοηθῶν. χαριζόμενος. Memorabilis est locus *Scholiasae* Homeri ab *Albertio* citatus, ad *Iliad.* Δ, 419. Ὁ ἥρανος (δηλοῖ) τὸν κοίρανον, καὶ τὸν ἐπίκουρον. καὶ τὸ ἥρανεῖν. ἐπικουρεῖν καὶ χαρίσασθαι. *Scholiasastes Apollonii Rhodii* Lib. II. 515. μῆλων ἥρανον explicat: τῶν ποιμνίων προστάτην. Notanda praeterea sunt quae habet *Suidas*, *Etymologus*, et *Hesychius* voce Ἡρανος. Simplex ἥρανος bis adhibuit *Hermesiana* apud *Athenaeum* Lib. XIII. pag. 597. D. (v. 16.) Χαρίτων ΗΡΑΝΟΝ, et v. 22.

Φημι δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μέλαθρον

Ἡσίωδον, πάσης ΗΡΑΝΟΝ ἱστορίας.

Ubi *Pgenius* vulgatam lectionem sine causâ reiicit. ἥρανος πάσης ἱστορίας, est is, qui omnem cognitionem scientiamque tenet. Compositum ἐπιήρανος usurpavit *Orpheus*, *Argon.* 96.

D



Αἰσουλῶ, τί με ταῦτα παραιφάμενος ἐρεεῖνεις,
 Ὅφρα κεν ἐς Κόλχους Μινύαις ΕΠΙΗΡΑΝΟΣ ἔλξω.

Ubi vide *Gesperum*. Cnf. eundem ad v. 86.

Nonnus Dionys. Lib. II. 10. p. 82.

- - - - - ἐπεὶ νοτίην χθόνα Κηφεύς

Νάσσατο Κηφῆνων ΕΠΙΗΡΑΝΟΣ Αἰθιοπήων.

Ubi *Interpres*, *gratus Aethiopibus*, cum debuisset,
Rex Aethiopum. Lib. XI. p. 314. Diana vocatur:

ὅλης ΕΠΙΗΡΑΝΟΣ ἄγρης.

totius Regina venationis. Vim verbi recte cepit *Dalecampius* in interpretatione *Jonis Chii* apud *Athenaeum* Lib. X. p. 447. F. (*Analect. Brunck. T. I. p. 161.*)

Τοῦ σὺ πάτερ Διόνυσε, Φιλοστεφάνοισιν ἀρέσκων

Ἀνδράσιν, εὐθύμων συμποσίων πρύτανι;

Χαῖρε, δίδου δ' αἰῶνα, καλῶν ΕΠΙΗΡΑΝΕ ἔργων,

Πίνειν καὶ παίζειν, καὶ τὰ δίκαια φρονεῖν.

Singulari et mirâ significatione vocem adhibuit *Philoxenus Leucadius*, cuius versus hexametri, e carmine Δᾱπνον inscripto laudat *Plato Comicus* in *Phaone* apud *Athenaeum* Lib. VII. p. 325. A.

Τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ΕΠΙΗΡΑΝΟΣ εἶνα;

Παρθένου Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφω, καὶ στύματα μισεῖ.

Philoxeni omnino sunt hi versus, minime *Platonis*, laudantur enim multis aliis interpositis *Philoxeni* nomine ab *Athenaeo* Lib. I. p. 5. D.

In nostrâ Inscriptione, ἐπιέρανε defendere voluit *Salmasius*, quod vitium erat Apographi; nam in lapide conspicue legitur ΕΠΙΗΡΑΝΕ. Caeterum saepius EI pro H in antiquis Inscriptionibus obvium. Sic ΑΣΚΛΕΙΠΙΑΔΗΣ et ΣΩΤΕΙΡΙ, pro Ἀσκληπιάδης et σωτήρι. In Columnâ Farnesinâ occurrit ΤΕΙ



ΑΠΠΙΑΙ, pro τῇ Ἀππία. Cnf. *Cuper*, *Apotheof.* Hom. p. 37. Grammaticis antiquis docentibus, Boeotiorum praecipue linguae deberi videtur, ut EI pro H ponatur. Vid. *Etymol. M.* v. Ζείδωρος. p. 140. De formá κειρύλος et κηρύλος confule *Euphronium* apud *Schol.* Aristophan. Av. 299. Forma contra nominis πένεις pro πένης, dialecto Aeolicae tribuitur in *Etymol. M.* v. πλειάρειν. p. 675. Sic et μείς pro μῆν legitur in *Homer.* Iliad. T, 117. ubi *Scholiasstes minor* formam Aeolicam esse docuit; occurrit tamen in *Pindaro*, Nem. V, 82. Vice verſá ſaepius H mutatur in EI. vid. *Ioannem Grammat.* p. 73. *Gregor.* p. 24. *Eustath.* ad Iliad. Z. p. 641. Librarii praecipue imperiti diphthongum EI in H mutarunt, vel ei adiunxére, linguae genio repugnante. vid. *Valck.* ad Euripid. Phoen. p. 216. *Reisk.* ad Demofthen. T. II. p. 911. Omnino cum *Lennepio*, Praelect. Academ. de Analog. L. G. p. 35. credendum, hanc diphthongorum EI et H permutationem tribuendam eſſe antiquiſſimae ſcribendi rationi Graecorum, qui literá H nondum in Alphabetum receptá, pro H et HI poſuiſſent EI. cnf. *Valck.* Epist. ad Roev. p. 31. Sic apud *Dion. Caſſium* Lib. XXXIX, p. 108. legitur: ὅτι εἰς τὴν Ἰταλίαν ΑΠΕΙΡΗΚΩΣ. ubi ἀπειρηκῶς, pro ΑΠΗΡΗΚΩΣ, male intromiſit librariorum ſtupor. *Hefych.* Ἀπαίρει. ὀδεύει. ἀποδημεῖ. ἀναχωρεῖ. vid. *Reiz* Ind. Lucian. T. I. p. 83. Contrario modo A pro EI legitur in Fragmento ex *Euripidis* Aegeo. Fr. Musgrav. n. III.

Εἰ μὴ καθ' ἑξῆς γλῶσσαν, ἔστι σοι κακά.

Scribe:

Εἰ μὴ ΚΑΘ' ἑξῆς γλῶσσαν, ἔστι σοι κακά.

Et enim in Atticis poëtis ſemper cum indicativo oc-



currit, nunquam cum subiunctivo. vid. *Aeschyl.* *Prometh.* 343, 345, 686. *Euripid.* *Androm.* 206. *Herc. fur.* 1120. Cum optativo invenitur in *Aeschyl.* *Prometh.* 477. *Euripid.* *Hippol.* 1240. *Herc. fur.* 1110. *Electr.* 97, 422. Pari modo corrigendum Fragmentum *Philemonis*, quod effugit diligentiam *Bentleji*, Emend. in *Menandr.* p. 122.

Vs. 2. ὀράς.] Defunt hac voce duae primae literae, omnesque in fine legerunt ΛΑΙC. vide *Var. Lect.* *Visconti* vero lapide accuratius inspecto, vetustate fere deletas invenit literas ΑΑΙC. Parvula enim lineola, distinctionis causa posita, erasa est. Α, in nostra Inscriptione saepius sine lineola occurrit. Sic, v. 7. et 22, invenies ΚΛΙ pro ΚΑΙ. et lin. 9. ΛΛΩΗΝ, pro ΑΛΩΗΝ. Porro lin. 27. ΒΛΛΕΙΝ pro ΒΑΛΕΙΝ. Innumera in Inscriptionibus exempla exstant, praecipue in *Tabulá Iliacá.* vid. *Guasco Inscriptt. Mus. Capitol.* T. I. n. 1296. *Gruter Thesaur.* n. 634, 1. In Epitaphio pessime descripto, apud *Paul. Lucam Itiner. Asiatic.* p. 28. invenies ΚΛΛΥΔΙΑ pro ΚΛΑΥΔΙΑ. Apud *Caylusium, Recueil des Antiquités*, Tom. II. Pl. LIX. lin. 2. legitur ΛΓΙΚΟΡΕΙΣ, pro ΑΓΙΚΟΡΕΙΣ. Ibid. Pl. LXIV. lin. 3. ΛΔΡΙΑΝΕΙΑ, pro ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ. Multa quoque exempla praebent Inscriptiones *Pockokianae.* In Nummis valde attritis vitium hoc inveniri, monet *Visconti* ad h. l. Sic in Nummo *Tralliano*, apud *Odericum Disfertat. I.* ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Praecipue vero in Numismatibus Imperatorum. vid. *Buonarrotti, Medaglioni* XII, 5. XIV, 8. Protulit quoque e gemmis exempla *Visconti.* In Codicibus MSS. vitium hoc scribendi observavit *Brunk.* ad *Apollon.*



Rhod. Lib. II. 1260. *D'Orville* ad Charit. p. 242. ed. Lipf. *Heringa* in Observation. Critic. cap. 7. pag. 145. *Schneider* ad Anthol. pag. 110. *Ruhnck.* Epistol. Critic. I. pag. 88.

Graecorum imitatione saepe lineolam parvam in literá A, omifère Etrufci. vid. V. Cl. *Lanzi*, *Saggio di Ling. Etrufc.* T. I. pag. 208. *Eckhel*, *Doctrin. Nummor.* T. I. pag. 124. Romani quoque, de quorum scribendi methodo copiosi sunt Viri docti ad *Lucerne di Ercolano* (T. VIII.) Tab. XXXVII, 10. et *Marini*, *Inscriptt. fratrum Arval.* T. I. pag. 127. Quin, A nonnumquam pro Λ legitur. Certe in Inscriptioe antiquá Siculá, primum editá à *St. Non*, *Voyage en Sicile*, pag. 12. occurrit KEATI, pro KEΛHTI. TEAEIOI, pro TELEIOI, et p. 171. ΗΡΑΚΑΕΙ, pro ΗΡΑΚΛΕΙ.

Servanda ideo in nostrá Inscriptioe lectio *δράας*, à quâ non procul abfuit *Casaubonus*, qui *δράεις* ex ingenio emendavit, quam emendationem probat *Valken.* ad Elegiam Catulli Callinachéam pag. 183. *Salmasii* coniectura *λάεις*, etsi magná eruditione defensa, nihili est. Verbum enim *εφορᾶν* optime Nemefi convenit, infpicit enim opera mortalium, unde *δεινὰ* dicta ab *Archeſtrato* apud *Athenaeum* Lib. VII. p. 305. *Homerus*, de Sole omnia vidente, verbum adhibuit, *Iliad.* γ', 277. omnino significat *infpicere*. *Diphilus* apud *Plutarchum* adv. Colotem. T. II. Opp. pag. 1124. F.

"Ἐστὶν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὀραί.

Euripides in Penelope apud *Stobaeum* Ecl. Phyl. Tit. XI. pag. 143. Grot.



Οὐκ ἔστιν πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν.
 Ὅξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὈΡΑΙ.
Incertus poëta apud Stobaeum Ecl. Phys. Tit. VII.
 pag. III.

Ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμὸς ὡς δι' ἡσύχου
 λεύσσων προσώπου πάνθ' ὁμῶς αἰεὶ βλέπει.
Analect. Brunk. T. III. Epigr. CCCCLXXVI.

Κἄν με κατακρύπτῃς, ὡς οὐδενὸς ἀνδρὸς ὀρῶντος,
 Ὅμμα Δίκης ΚΑΘΟΡΑΙ πάντα τὰ γινόμενα.
 vide etiam *Ammian. Marcell. Lib. XIV, 39.*

Ibid. [Ραμνουσιάς Οὔπι.] Deam Rhamnufiam esse Nemesin, res e poëtis notissima. *Ovidius:*

Memoremque time Rhamnufidis iram.

vide *Pausan. Achaic. c. V. pag. 405. Suid. et Hesych.*
 v. Ραμνουσία. Nemesin vero Οὔπιν dici, vix alibi occurrit, nam Οὔπις vel Ὀπις est Diana, à Nymphâ aliqua sic dicta. vid. *Schol. Callimach. Hymn. in Dian. 204. Servium ad Aen. XI, 552. et alios à Spanhem. ad Callimachum laudatos. Alexander Aetolus, in Analectis Brunk. T. I. pag. 419.*

Ἕμνησαι ταχέων ὨΠΙΝ βλήτειραν ὀιστῶν.
 cnf. *Jacobs* in *Animadv. ad Anthol. Gr. T. I. P. II. pag. 238.* Hinc et Diana *Opifera* dicta, in marmore apud *Gruter. XLI, 4. vid. Scalig. ad Catull. p. 73.* Nemesin vero eandem cum Dianâ habitam esse, liquet ex *Harpocrat. v. Ἀδράστεια. cnf. Steph. Byz. h. v. Pausan. Phocic. c. 37.* Ad quam proinde Nemesin, Οὔπιν Rhamnufiam, respexit *Auctor* hymni Orphici in Nemes. LX. p. 258. dicens,

τ τ τ τ - πάντ' ΕΣΟΡΑΙΣ.

vide et memorabilem locum *Antimachi* apud *Strabon.*



Lib. XIII. pag. 588. — Laudat *Visconti* simillimum *Catulli* locum è *Carm. LXII. 395.*

Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnusias virgo.

quem ex antiquo graeco poëta redditum esse haud absurde putat. — ἔργα βροτῶν, dixit poëta noster, ut *Catullus* de *Nupt. Pelei et Thetid. 192.* facta virum:

*Quare facta virum multantes vindice poenâ
Eumenides.*

Vs. 3. [Ῥώμης ἑκατοντοπύλοιο.] Frustra ab Interpp. sollicitatur vox ἑκατοντοπύλοιο, qui formam magis obviam ἑκατονταπύλοιο proponunt. Servanda lapidis lectio, defensa à *Viscontio*, auctoritate *Homeri*, qui simili modo *Iliad. I, 575. τέμενος — πεντηκοντόγυου* dixit. vid. *Apollonium Sophistam Lex. Homer. T. I. pag. 658. ed. Villoiff. (p. 549. ed. Toll.)* Eadem ratione *Euripides* in *Cressis*, apud *Porphyrium* de *Abs- tin. Lib. IV. pag. 108. Κρήτης ἑκατομπτολιέθρου. cnf. Τουρ.* Emend. in *Suid. T. II. pag. 549.* Centum à poëta *Romae* tributae portae, ad immensam magnitudinem designandam; nam *Plinio* teste *Lib. III. §. 9.* portae tantum XXXVII, *Romae* erant. Ob innumera- bilem copiam figurarum sculptarum, dicta est *Columna Antonina, Columna Centenaria.* vid. *Winkelmann, Storia delle Arti, T. III. pag. 350. Fea.* Sic etiam *turris Centenaria, Constantinopolis* erat, dicta ob magnitudinem immensam. vid. *Du Cange, Con- stantin. Christ. Lib. II. §. 4. pag. 31.*

Vs. 4. [πίονα.] Centenis vicibus e pravâ pronun- tiandi consuetudine, I vel EI, à librariis confusum. Idem valet de hoc loco, ubi pro πίονα, lapis exhibet πέιονα. Hanc γραφήν, Graeci Lexicographi et Glossa-



rum collectores maximè sequuti sunt. In *Glossis antiquis*, invenies: εἰχώρ, pro ἰχώρ. εἰθύνω, pro ἰθύνω. εἰλός, pro ἰλός. εἴλη, pro ἰλη. εἰμάς, pro ἰμάς. εἰμέρομαι pro ἰμέρομαι. vid. *Salmas.* In *Hesychio*, ἰλέοντο. ἐστρέφοντο, pro εἰλέοντο. Idem obtinet in Ἰλικρινές. Ἰλισάμενος. Ἰλιτενής. Ἰλύει. Ἰλούμενος, et quamplurimis aliis, quae omitto. vide *Schow*, ad *Hesych.* pag. 378. Contrarium vitium est in εἰθὺ, εἰθύνοντα, εἰθύφαλλον, εἰλαδόν, εἰλός, εἰλύ etc., quae viri docti suis locis singula notarunt. In *Aeschyli Eumenid.* 224. primus *Porsonus* emendavit:

- - - - ἐκείνον οὐ τι μὴ ΛΙΠΩ ποτέ.

Cum in omnibus Edd. esset λείπω. Dolemus adhuc Viri doctissimi observationes in Aeschylum desiderari, sine dubio tamen ad hanc emendationem inductus est *Dawesii* regulâ, quâ Graeci sermonis ratio exigit, ut voculae ου μη vel cum futuro indicativo, vel cum Aoristo altero formae subiunctivae construantur. λείπω et λίπω, saepius confusae. In *Euripid.* Helen. 1501. notat *Musgrave*: „metri gratiâ legendum λείπουσα pro λιπαῦσα.“ Ion. 572. „πειθόμενος, legendum πῖθόμενος.“ Plura exempla, ubi male ει pro ι exaratum, quaerentibus dabunt *Schütz* ad *Aeschyl.* Agamemn. 967. *D'Orville* ad Charit. p. 27. et *Luzac* in Exercitatt. Acad. T. I. pag. 102. — A Doriensibus praecipue ι in Diphthongum ει resolvi, docent *Monumenta Peloponnesia à Paciaudio* edita. Ibi T. I. p. 10. Νεικηφόρος. p. 17. Ἐλπινείκη. p. 89. Νεικοκράτης. p. 102. Τειμάρχος. T. III. p. 94. Τειμοκράτης. p. 134. πολείτης. In *Sronii* Miscellaneis p. 334. τέμνησεν, pro τίμνησεν, p. 339. πολείτης, pro πολίτης. Cnf. *Gruter* Inscriptt. p. 769. 4. *Falconer.* Inscriptt. Athlet. p. 52. *Marmor.*



Oxon. Index, in I et EI. In Epigrammate edito à *Quirino*, in *Corcyrae primordiis* cap. XXII. legitur: παρὰ ΘΕΙΝ' ἄλός ἠνεμόεσσαν, pro θῆν'. Sic quoque in alio Epigrammate, Romae in Caelimontanis Matthaeriorum hortis exstante, edito ab *Ignatio Raponio*, in Epistolâ ad Thom. Chandlerum. (Velitris 1788.) invenies pag. 18. ΝΕΙΚΗΣΑΣ πάντας. Ubi reponendum νικήσας. In *Hesychio* legitur: Εὐστειβής, καλῶς πεπατημένον, τετριμμένον. Corrige: Εὐστιβές. In *Callimachi* Fragmento ap. *Polluc.* Lib. X. c. 24. (Fragm. Bentleiana. n. CCXXXIII, T. I. p. 525. Ern.) ἔπος, pro ἶπος, *mustricula* est. Sic quoque in *Glossis* antiquis: *Fraenum*, εἰπωτήριον λινοῦ. εἰπωτήριον vero est pro ἰπωτήριον. Nam ἰποῦν est premere. vid. *Aristoph.* Equit. 124. *Aeschyl.* Prometh. 365. et *Tour*, in *Suid.* T. III. pag. 563.

Multa praeterea hic ex Inscriptionibus antiquis huc pertinentia notare possum, in quibus passim sculptorum incuriâ, εἰ pro ι exaratum est, iis maxime in syllabis, quae *Jota* longum habent, quod pravam hanc orthographiam iam antiquis temporibus invaluisse ostendit. Nonnulla iam protulit *Visconti* ad h. l. *enf. Marmora Doniana*, IV, 67. *Mus. Veronens.* pag. 63. *Corfin.* Fast. Attic. Tom. II. p. 142. *Biagi*, Monum. Graec. Latin. ex *Mus. Nanian.* p. 43. Praecipue vero *Francisci Piranesii Monumenti degli Scipioni.* (1785.) pag. 10 sq. Obiter tamen moneam nihil apud Romanos quoque in vetustis lapidibus frequentius esse. In Inscriptionibus enim Augusteum aevum subolentibus, frequentissime invenies EI pro longo I positum. Sic apud *Gruterum*, pag. 500. *Scriptei, usei, fructeive sunt*, pro scripti, usi, fructive sunt. Nec sub Augusto



tantum, sed sub proxime sequentium Imperatorum principatu, hanc diphthongum EI in usu fuisse, indicat Inscriptio apud *Gruter*, pag. 99. 1. et *Gualtherium* in *Tabb. Bruttior.* p. 78. quae ad Trajani tempora pertinet. Vide praeterea *Cenotaphia Pisana*, ubi innumera exempla. In *Oderici Inscriptt.* p. 329. occurrit: *Deana, dolea, dabet*, vitiosissimo scribendi genere. Vide egregie hac de re disputantem, auctorem libri inscripti: *I Marmi Riccardiani difesi dalle censure dell' Marchese Scipione Maffei.* p. 288 sq.

Vs. 5. Δῆμον Δηάριο Φιλδέεινον Τριόπαιο.] Attici vicus terrae suae quamvis parvulos vocabant δῆμους, iam Homerus sic vocem usurpavit. vid. *Iliad.* ε', 710. π', 435, 514, 673, 683. *Hymn. in Dian.* 4. (T. V. p. 101. Ern.) Auctor carminis totum illud territorium sive fundum, et quidquid muro incluserat, et Adrasteae et Minervae dedicaverat Herodes, Triopae δῆμον appellare videtur.

Salmasius, magnâ eruditione prorsus novum, sed vix cuiquam probandum sensum huius loci excogitavit. Correxit, quae visum est corrigere, mutavit, quae sibi adversari putavit, interpretatus est denique totum locum durè et contra verborum indolem. Felicius res successisse videtur *Viscontio*, qui Triopium à Triopâ, Phorbantis et Euboeae filio (vid. *Pausan. Corinth.* c. 16. p. 112.), qui inter Argivorum reges septimo loco ponitur, dictum putat. Omnia quidem à docto Italo facta sunt, quae huic sententiae aliquam veritatis speciem conciliare possunt, at, qui ad omnem totius carminis nexum adverterint, probabunt nobiscum, Triopium sine dubio appellatum esse à Triopa, Erylichthonis patre, diis consecratum, *τεμένει* instru-



etum et sepulcro etiam familiae destinatum. Epitheton Δηῶς nunc optime ad Triopam referri potest. Triopas enim teste *Diodoro Sic.* Lib. V. p. 379. et *Hygin.* Astronom. II, 14. diruit templum et sacrum Cereris lucum.

Vs. 5. ἀλέγησθον.] Sic legitur in lapide monente *Viscont.* ultimā literā deletā. Idem valet de ultimis literis lineae 9, 25, 32, 34, et 38. *Salmasius* in apographo suo invenit ἀλέγησθo, *Arcudius* vero, ἀνέγησθo. *Brunkius*, *Hoefschelium* sequutus, qui in litteris ad *Meursium* datis (Ep. CVI. *Gud.*) brevissimis, at optimis monumentum nostrum exstruxit notulis, dedit ἀλέγησθον. *Visconti*, *Casauboni* et *Salmasii* emendationem λέγησθον praeferens, faciliorem quidem lectionem profert, quae tamen non à manu poëtae est. Non reprehendisset optimam lectionem, si memoriā tenuisset *Pindari* locum, Olymp. II, 143.

Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ΑΛΕΓΟΝΤΑΙ.
i. e. καταλέγονται.

Vs. 7. Ὡς δ' ὅτε καὶ Ῥαμνοῦντα καὶ εὐρυχόρους ἐν
Ἀθήναις

ἦλθετε, δάματα πατρὸς ἐριγδούποιο λιποῦσα,
ὥς τήνδε ῥώεσθε πολυστάφυλον κατ' ἀλων.]

Lapis lectionem exhibet ὡς ὅτε, et ex ingenio addidit *Visconti* δ'. Ὡς refertur ad ὡς, quod est v. 9. pro οὕτως; *Quomodo venistis ita properate.* Sic saepius haec dicendi ratio in Homero occurrit. vid. *Iliad.* β', 147. γ', 33. δ', 422, 432. ε', 597, 902. etc. Sensus ergo est hic. Precatur poëta noster deas, ut eodem studio, eodem affectu ad agrum et templum ab Herode consecratum accedant, quo Rhamnuntem et Athenas dilectissima sibi loca solebant invisere, coelo relicto; atque



ut festinanter incedant per vineas et segetes, sylvasque et prata lufrent. — δώματα πατρὸς ἐριγδούποιο λιπούσαι. Non minori suavitate *Sappho* in fragmento ex Ithyphallis apud *Hephaest.* p. 57.

Δεῦρο δεῦτε Μοῖσαι, χρύσειον ΛΙΠΟΙΣΑΙ (δόμον.)
Et in Hymno ad Venerem, apud *Dionys. Halicarn.*
p. 47. ed. *Upton.*

- - - - - πατρὸς δὲ ΔΟΜΟΝ ΛΙΠΟΙΣΑ
χρύσειον ἤλθες.

Alcman, etiam de Venere, apud *Strabon.* Lib. VIII,
pag. 524. et hinc apud *Eustath.* ad *Iliad.* β'. T. I.
pag. 305.

Κύπρον ἱμερτὰν ΛΙΠΟΙΣΑ καὶ Πάφον περιβρύταν.
Eleganter quoque hanc sententiam expressit poëta incertus, *Cinna* ni fallor, apud *Charisium* Lib. IV,
pag. 386.

*Luna, deüm quae sola vides periuria vulgi,
Seu Cretaea magis, seu tu Dictynna vocaris,
Huc descende.*

Verbum ῥώεσθαι, *festinanter, cum studio properare*
indigitat, σπουδαίως κινεῖσθαι; ut Grammatici exponunt. *Homer.* *Iliad.* λ', 49.

- - - - - πρυλέες σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες
'ῤώντ'.

Iliad. π', 164.

- - - - - Μυρμιδόνων ἡγήτορες, - - - - -

- - - - -
'ῤώντ'.

Cnf. *Iliad.* σ', 411, 417. ψ, 367. *Simmius* in *Ovo*, in
Analect. *Brunk.* T. I. pag. 208. Ταὶ δὲ ἀμβρότω πόθῳ
Φίλας ματρὸς ῥώντ' αἴψα μεθ' ἱμερόεντα μαζόν. *Callimachus*,
Hymn. in *Dian.* 215. ποδοβρύχην Ἀταλάντην,



pedibus velocem Atalantam dixit. Apollonius Rhod.
in pulcherrimo de Nereïdibus loco, Lib. IV, 910.

Ἵψοῦ ἐπ' αὐτάων σπιλάδων καὶ κύματος ἀγῆς
ῥώνοντ' ἔνθα καὶ ἔνθα - - - -

Discurrebant huc, illuc. Haec ex *Homeri Iliad.* ω',
615. sumsit Apollonius, ubi poëta de Sipylo loquens,
ait:

- - - - - ἔθι Φασὶ θεάων ἔμμεναι εὐνάς
Νυμφάων, αἴτ' ἀμφ' Ἀχελώϊον ἐρρώσαντο.
κλπ.

Pro πολυστάφυλον, quae scriptura est lapidis, *Casau-*
bonus, *Salmasius* et *Maittaire* habent: πολυστάφυλον.
vid. *Var. Lect.* Aeolice quidem ι pro υ ponitur, vid.
Gregor. de *Dialect.* p. 293. *Horum* apud *Etymol. M.*
pag. 771. *Eustath.* ad *Iliad.* ε', pag. 536. *Athen.*
Lib. III. pag. 24. et *Moeris* v. βιβλία; at conservanda
lapidis lectio. — πολυστάφυλον Ἄρνην *Homerus* dixit
Iliad. β', 507. idem vineam admodum gravatam uvis,
vocat σταφυλῆσι μέγα βρίθουσιν ἀλωήν. *Iliad.* σ', 581.
Miro modo *Itali*, qui vites colunt, dicti sunt ἀνέρες
πολυστάφυλοι ab *Heliodoro* poëta, qui de spectaculis
scripsit, apud *Stobaeum* Tit. C. pag. 421. *Grot.* Caeterum
vide eruditam de voce σταφυλή disputationem
Cratetis Grammatici apud *Athenaeum* Lib. XIV. pag.
653. — Memoranda etiam *Eichstaedtii* emendatio,
qui existimat verbum γ. ita scribendum esse:

Ὡς γῆν τήνδε ῥύεσθε πολυστάφυλον κατ' ἀλωήν.

parum circumspicte. Nam bene Graecam et elegantem esse vulgatam loquendi formulam e pluribus locis probari potest. Deinde etiam ordo verborum qui optimus erat turbatur, nam γῆν et ἀλωήν, minime coniungere poteris.



Vs. 10. δένδρεα βοτρύεντα.] δένδρεα pro vitibus racemis refertis accipi possunt, nam et vites vocabant arbores, praesertim quando vitis non colitur humilis. *Horat. Od. Lib. I. 18.*

Nullam Vare sacra vite prius severis arborem.
Alcaeus Lyricus, unde accepit, dixerat ap. *Eustath.* ad *Iliad. σ.* pag. 1163.

Μηδὲν ἄλλο Φυτεύσης πρότερον δένδρον ἀμπέλω.

Quia vero iam versu superiore vites nominatae sunt, dicendo πολυστάφυλον κατ' ἀλῶν, nam ἀλῶν est ἀμπελόφυτος γῆ, hinc δένδρεα sunt arbores, quae vites adscendentes sustinent, quibus maritantur vites. *Virgilius Eclog. II, 70.*

- - - - - frondosa vitis in ulmo est.

Reposianus, in *Anthologíá Latiná*, T. I. p. 682.

- - - - - nunc lucos vitis inumbrat.

Ibycus apud *Athenaeum* Lib. XIII. p. 601. B.

Αἴτ' οἴνουθίδες αὐξόμεναι
σμεροῖσιν ὑφ' ἔρνεσιν οἴναρέοις
θαλέουσιν —

Theocritus, de loco consecrato, *Epigramm. IV, 5.*
ed. *Wart.*

- - - - - ἄενκον δὲ

ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοσε τηλεθάει
δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ·
ἐνθα πέριξ κέχυται βοτρύοκαις ἔλικι

Ἄμπελος - - - - -

Hoc genus Graeci ἀναδενδράδας vocant. v. *Hesych. h. v.* Hinc et ficus arbor, *soror vitis* dicta ab *Hirponacte* apud *Athenaeum* Lib. III. p. 78. C. quia adiunctas tenet vites, et sic locus intelligendus.

Συκῆν μέλαιναν, ἀμπέλου κασιγνήτην.



Vs. II. λειμώνων τε κόμας.] λειμών de loco florido poeta noster adhibuisse videtur. Sic certe *Thom. Mag.* vocem reddit: Λειμών — τόπος δένυρος, άνθηράν πόαν ἔχων. et *Hesych*: λειμών — άνθηρός τόπος. Perparum distant voces χῶρος, λειμών, ἀγρός άνθοφόρος, et alia. In *Demaratéis* apud *Athenaeum* Lib. XV. pag. 685. B. legitur:

- - - - - ἀπαλάς ἀσπαλάθους πατώντας
έν λειμώνι λωτοφόρω.

κόμας. Legitur apud *Eustathium* ad *Iliad.* β'. p. 233. Κόμας δὲ λέγειν δένδρων τὰ φύλλα, ὅθεν καὶ ΚΟΜΗΤΗΣ ΛΕΙΜΩΝ παρὰ τῇ τραγωδίᾳ, καὶ κομᾶν, καὶ έν τούτοις θάλλειν. *Eustathii* observatio pertinere videtur ad *Euripid.* Hippolyt. 210.

- - - - - έν τε ΚΟΜΗΤΗ
ΛΕΙΜΩΝΙ κλιθεῖσ' ἀναπαυσάμαν;

ubi vid. *Schol.* κομήτης est in *Euripid.* Iphig. Aul. v. 1296. λειμών άνθῆσι θάλλων. *Thomas Mag.* cuius verba in notis dedere VVD D. pag. 528, 541. Κομᾶ — καὶ τόπος, ἡγουν φυτὰ ἔχει. *Etymologicum Gudianum ineditum*: Κομᾶν — θάλλειν. Ὅρος κεικομημένον ὕλην dixit *Callimachus* H. in Dian. v. 41. et H. in Del. 262. Palmites uvis coronati, κομόωντες μελαίνῃσι σταφυλῆσι, dicti sunt in verbis ex antiquis hymnis petitis à *Cratete* Grammatico, apud *Athenaeum*, Lib. XIV. pag. 653. cñf. *Casaub.* pag. 930. Indus fluvius ob arundines ad ripas crescentes, κομήτης dictus à *Phoenice Colophonio* in Iambis, apud *Athen.* Lib. XII. p. 530. F.

- - - - - , ἢ ἀπὸ τῶν ἄνω λιμνῶν
Ἰνδὸς κομήτης - - - -



Ubi *Interpres*: Indus capillatus, cum debuisset *Indus arundifer*, aut *arundinosus*.

Vs. 12. - - - [ιερήν ἀνὰ γαῖαν ἔηκε.] — ἀνέηκε, ab ἀνήμι scilicet, *consecravit*. vide *Salmas.* et docte, ut solet, vocem illustrantem *Spanh.* ad *Callimach.* T. II. pag. 783.

Vs. 13.] Desideratur hic versus in *Casaubonianá* editione, quem postea *Salmasio* submitit *Bongarsius*, et non parum facit ad totius inscriptionis interpretationem. Discimus enim non omnem possessionem suam, sed partem tantummodo, quá monumentum seu templum construxit, ab Herode consecratam esse. Eiusmodi autem loca sacra septa, Graeci vocant ἔρηκ and περιβόλους. vide *Salmas. Pollux*, Lib. VIII. 15. οἱ δὲ ἀνειμένοι θεοῖς τόποι, ἄλση τε καὶ τεμένη καὶ ἔρηκ καὶ ὁ περὶ αὐτὰ κύκλος περιβόλος. Quia vero eiusmodi περιβόλοι sacri, lucos et hortos et vineas concludebant, factum est, ut totum conseptum περιβόλον dictum. Cnfr *Chaeremonis Tragici* fragment. ap. *Athen.* Lib. II. pag. 42. et *Aelian.* Var. Hist. Lib. XVII, 47.

Vs. 15. ἢ δ' ἐπέι οἱ —] Quia saepius *ι* pro *ει*, et *ει* pro *ι* sculptoris incuriá in nostra Inscriptione positum occurrit, *Visconti* hoc loco pro ἐπι, legendum existimat ἐπεῖ, adtulitque similes locos ex *Homero*, in quibus ἐπεῖ repetitum est. Sic *Iliad.* α', 112.

- - - - ΕΠΕΙ πολὺ βούλομαι αὐτὴν οἴκοι ἔχειν, καὶ γὰρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβηλα, Κουριδίης ἀλόχου, ΕΠΕΙ οὐ ἔθεν ἐστὶ χερείων.
et v. 153.

- - - - ΕΠΕΙ οὐτι μοι αἴτιοί εἰσιν.
Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν οὐδὲ μὲν ἵππους,



Οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλαιι βοτιανείρῃ
 Καρπὸν ἐδήλησαντ' ΕΠΕΙΗ μαλὰ πολλὰ μεταξὺ
 Οὐρεά τε σκίοεντα, θάλασσά τε ἠχήμεσσα.

Neque tamen necessaria viri docti emendatio. Σείν,
Anacreon dixit, Od. XXII, 4.

Θαλεράν ΣΙΕΙ δὲ χαίταν
 μαλακωτάτῳ κλαδίσῳ.

Idem in *Etymol. M.* voce Σῖτος.

Θρηϊκίην ΣΙΟΝΤΑ χαίτην.

Alcaeus apud *Strabon.* Lib. XIV. p. 976. E. et *Eustath.* ad *Iliad.* β. pag. 367.

Λόφον τε ΣΕΙΩΝ Καρικόν.

Sotades ap. *Hermogenem* περὶ Ἰδεῶν. p. m. 317.

ΣΕΙΩΝ μελίην Πηλίαδα δεξιὸν κατ' ὤμον.

Sic enim *Sotadis* locus restituendus. Male erat πη-
 λειάδα. In *Glossis* quoque *Graeco Latin.* ΣΕΙΩ,
moueo, libro, vibro.

Vs. 17. βῶλον μίαν ἢ ἓνα λᾶαν.] Solemnia haec
 verba in monumentorum consecratione: *Ne quis in-*
de lapidem moveret, cespitem velleret. vid. *Salmas.*
Apte laudat *Visconti, Antiphili Byzantini* locum,
Anal. Brunck. T. II. p. 170.

Μηδέ τις ἡμετέρου μάρψῃ χειρὶ μαργὸς ὀδίτης
 ἀνθέματος· συλᾶν ἀσφαλὲς οὐδ' ὀλίγα.

βῶλος et λᾶας aut λίθος coniunguntur nonnunquam.
Hegemon Thasius, in *Parodiā* ap. *Athen.* Lib. XV.
 p. 698. D. ex emendatione *Jacobsii,* *Animadv. Critic.*
 pag. 111.

Ἐς δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα μέγα κρᾶζοντες ἔβαλλον,
 ΒΩΛΟΙΣ ἠδὲ ΛΙΘΟΙΣΙ, καὶ ᾧδὲ τις εἶπε παραστάς.
 ὀχλίξειν, *Hesych.* reddit: κινεῖν, μοχλεύειν. Sic et



Photius in Lex. MS. vid. Nicandr. Alexiph. 226. 453. Auctor incertus Λέσβου κτίσεως, forsan Apollonius Rhodius, apud Parthenium, pag. 54 edit. Le Grand:

Παρθενική κληίδα **ΥΠΟΧΛΙΣΣΑΣΑ** πυλάων.

Vs. 18. Μοιρέων ἀτρεῖες ἀνάγκαι.] Variis modis viri eruditi hunc locum aggressi sunt. *Salmasius*, ἀτρεῖες pro ἀτρήες positum esse censet, εἰ male scripto pro η ἀτρεὺς, à quâ voce deduxit, idem est ac ἄτρεστος, formidabilis. *Euphorion* ap. *Hermogenem* pag. 135.

- - - - καὶ ΑΤΡΕΑ δῆμον Ἀθηῶν.

Simili formâ, εὐκλεᾶ Μοῖραν, *Julius* dixit in Carmine ad Bacchum, ap. I. *Stobaeum* Tit. CXXI. p. 495. Grot. Aliam viam *Visconti*, qui *Salmasio* minime assentitur, iniit. ἀτρεῖες formam plur. esse putat ab ἀτρεῆς, positam pro ἀτρέεες aut ἀτρεῖς, et poëtice contractam; quomodo in *Homero* εὐκλεῖας et εὐκλείας, (Iliad. κ', 281. Od. φ', 381.) pro εὐκλεῖς. *Etymolog. M.* pag. 391. Εὐκλεῖας ἀντὶ τοῦ εὐκλεῖς - - - εὐκλεῆς καὶ ἡ αἰτιατικὴ τῶν πληθυντικῶν τοὺς εὐκλέεας καὶ κατὰ συναίρεσιν, εὐκλείας. *Schol. Venet. ad Iliad. κ', 281. pag. 254.* Ἰᾶκόν τὸ συστέλλειν, εὐκλεῖας καὶ δυσκλεῖας (male *Villoisf.* δυσκλεα). Οἱ δὲ Ἀττικοὶ ἐκτείνουσι τὰ τοιαῦτα. εὐκλεῖας προπερισπαστέον. ἐκ γὰρ τοῦ εὐκλέας ἐγένετο κατ' ἐπένθεσιν τοῦ ι - - - οἱ δὲ ἐκτείναντες ἄνευ λόγου ἐκτείνουσι. Vocem porro formatam putat ab antiquo et inusitato verbo τρέω, quomodo ἀδεῆς à verbo δέω occurrit. *Vir doctus in Ephemerid. Gottingens.* Ann. 1795. n. 180. pag. 1805. adversus *Viscontii* opinionem quaedam monuit, facilioremque proposuit explicationem; dicit enim formam fuisse εὐκλής, sic etiam ἀτρής, — έος, — έες et ἀτρεῖες. *Eichstaedt*, l. l. pag. 487. ἀτρεῖες



idem ac ἀτρῆες esse adfirmat, quae lectio est à *Salmasio* et *Brunkio* vulgata. Bene sensum verbi explicuit *Visconti*, monuitque idem esse ac ἄφοβος, in *Parmenionis Macedonii* Epigrammate, *Brunk. Analect.* T. II. pag. 202. VIII.

- - - - Μοῖρα νηπιάρχους ἄφοβον.

Ἀνάγκαι, minime sunt *necessitates*, quomodo *Interpp.* credidère, sed *aerumnae* et *afflictiones*. vid. *Aeschyl.* *Perf.* 588. *Hymn. Orphic.* I, 9. XXVII, 9. LXVIII, 6. *Diodor. Sicul.* T. I. Lib. III. p. 183. et Lib. IV. p. 287. ubi vid. *Wessel.*

Vs. 19. [Ὅς κε θεῶν ἐδέεσσιν ἀλιτροσύνην ἀναθείη.]
Aeschyl. *Perf.* 404. *Porson.*

- - - - ἐλευθεροῦτε δὲ
Παῖδας, γυναικας, ΘΕΩΝ τε πατρώων ΕΔΗ,
Θήκας τε προγόνων.

Sophocl. *Oed. Tyr.* 885.

- - - - οὐδὲ
δαιμόνων ΕΔΗ σέβων.

Lycophron, *Alexandra.* 707.

Ὅρκωμότους ἔτευξεν ἀφθίτοις ΕΔΗ.

Lycurgus, in *Leocrat.* pag. 157. Κρίνω προδόντα αὐτὸν, καὶ τοὺς νεώς, καὶ τὰ ΕΔΗ, καὶ τὰ τεμένη. *Philo.* T. II. pag. 314. ἐπιφοιτᾶν καὶ ἐνδιατρίβειν τοῖς ΕΔΕΣΙΝ. Ubi minime *necessarium Mangcii* additamentum *ieroῖς*. vide *Photium, Biblioth.* pag. 1069. Latinos etiam *sedes* pro templis dicere, exemplis ostendunt, *Drakenb. ad Sil. Italic.* Lib. XII. 48. et *Burmann* ad *Ovid. Met.* Lib. X. 229. Non minus frequenter ἔδος pro statuā aut simulacro ponitur. vide infra ad II, 2. — ἀναθείη. Sic legendum esse erudite



ostendit *Visconti*. Male in lapide ANAΘΗΗ. *ει* enim pro η saepissime librariorum sculptorumque incuriá. In lapidibus antiquis apud *Caylusium*, *Recueil des Antiquités*, T. II. Pl. LIX. I. 6. ANΔΡΗΑΝ pro ANΔΡΕΙΑΝ. In omnibus ab Alpheo artifice sculptis gemmis invenitur ΑΛΦΗΟΣ pro ΑΛΦΕΙΟΣ. In nummis quoque non raro ΚΑΒΗΡΩΝ legitur pro ΚΑΒΕΙΡΩΝ. Vide quae supra monui. Litera η pro ι saepius in antiquorum auctorum scriptis occurrit. Pauca à nobis observata addemus. Laudatur ab *Athenaeo* Lib. XIV. pag. 636. D. lacunosum initium *Cantici in Dianam* corruptissime tali modo: "Αρτεμι σοί μέ τι Φρήν ἐφ' ἡμερον ὕμνον ἰέναι τε, ὄθεν ἄδε τις ἀλλὰ χρυσοφανία κρέμβαλα χαλκοπάρρα χερσίν - - - - - Locus in fine mutilus, ita forte emendandus et explendus: "Αρτεμι σοί Μ'ΕΣΤΙ Φρήν ΕΦΙΜΕΡΟΝ ὕμνον ἰέναι, "ΕΩΣ ἀλλά τις, ΧΡΥΣΟΦΑΕΑ κρέμβαλα χαλκοπάρρα χερσίν ΕΧΟΥΣΑ, ΙΑΧΕΙ. Sic probabili restituisse mihi videor locum coniecturá, quamquam scio, satius esse in tam corruptis fragmentis nihil tentare, quam frustra hariolari. — ἐΦίμερος ὕμνος, est *carmen amabile*. *Theocrit.* Id. I, 62.

- - - - τὸν ΕΦΙΜΕΡΟΝ ὕμνον ἀείσης

Ubi iure reiicienda *Heinsii* et *Valkenarii* emendatio.

- - - - τὸν ΕΦ' ἼΜΕΡΑ, ὕμνον ἀείσης.

Hesiodus aut *Theognis* apud *Athenaeum*, Lib. VII. pag. 310. A.

Εἴτ' εἶη σ' Ἀκάδημε, ΕΦΙΜΕΡΟΝ ὕμνον ἀείδειν
ἄθλον δ' ἐν μέσσω πᾶσι καλὸς ἄνθος ἔχων.

Apollonius Rhod. Lib. IV. 1399.

- - - - ἀμφὶ δὲ Νύμφαι

Ἐσπερίδες ποίπνου ΕΦΙΜΕΡΟΝ ἀείδουσαι.



Alcman apud *Herphaest.* p. 22.

- - - - ἐπὶ δ' ἼΜΕΡΟΝ

ὕμνον καὶ χαρίεντα τίθει χορόν.

Ἐφήμερος pro ἐφίμερος legebatur quoque in *Sophocleis* apud *Stobaeum* Tit. LXIV. pag. 263. vid. *Heath*, *Observat.* in *Tragic.* pag. 96. et *Brunk.* in *Sophocl. Fragm.* T. II. pag. 11. ed. 4. *ἰέναι*, bene se habet, et de cantu optimorum poëtarum auctoritate ponitur.

Inscriptio antiqua, Athenis reperta ap. *Sponium*, *Itin.* T. II. pag. 249.

Καὶ γλυκεροῦ στόματος ὅπα λειριόεσσαν ἼΕΙΣΑ.

Simillimus Simonidis locus apud *Athenaeum*, Lib. XIII. pag. 603. B.

Πορφυρέου ἀπὸ στόματος

ἼΕΙΣΑ Φωνῶν παρθένος.

Pro *cantare* adhibuit etiam *Aristoph.* *Equit.* 518. et *Telestes* in *Hymenaeo*, *Dithyrambo*, ap. *Athen.* Lib. XIV. p. 637. A. ἄλλος δ' ἄλλαν κλαγγὰν ἼΕΙΣ κεραιόφωνον ἐρέδιζε μάγαδιν. — Pro ὄθεν ἄδε τις, scripsi ἕως ἀλλά τις. *Duae* enim mulieres in sacris saepius cantant. *Cassius Hemina* apud *Nonium*, pag. 118. *Mulier cantabat tibiis Phrygiis, et altera cymbaliffabat.* *Plato Comicus* apud *Athenaeum*, Lib. XV. pag. 665. C.

Αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη Καρικὸν μέλος τι
μελίξεται τοῖς συμπόταις· ἄλλην τρίγωνον εἶδον
ἔχουσαν.

Sic *Platonis* locum optime emendatum reddidit *Hermann*, de *Metris* poëtar. pag. 177.

Ἰάχει, animi coniecturâ addidi, ponitur enim hoc verbum de strepitu *tympanistarum.* *τυμπάνων ἰάκχοις* *Euripides* dixit in *Palamede* ap. *Strab.* Lib. X.



pag. 720. cnf. *Aeschyli* locum ap. *Schol. Venet. ad Iliad.* ψ, 42. Pro *resonare*, quâ significatione valde obvium, occurrit verbum in venustissimo *Simonidis* carmine, in quo Gallus, horridâ tempestate sub rupem compulsus, leonem tympani sonitu in fugam compulisse narratur, quodque hic paulo emendatius proferam. Est in *Anthologîâ Graecâ*, edit. *Iacobs.* T. I. p. 79. n. CVI.

Χειμερίην νιφετοῖο κατήλυσιν ἠνίκ' ἀλύξας
 Γάλλος ἐρημαίην ἤλυθ' ὑπὸ σπιλάδα.
 ὑστὸν ἄρτι κόμης ἀπεμόρξατο, τοῦ δὲ κατ' ἴχνος
 βουφάγος ἐς κοίλην ἀτραπὸν ἵκτο λέων.
 αὐτὰρ ὁ, πεπταμένη μέγα τύμπανον ὩΣ ΣΧΕΘΕ χειρὶ,
 ἤραξεν, καναχῆ δ' ἴαχεν ἄντρον ἅπαν.
 οὐδ' ἔτλη Κυβέλης ἱερὸν ΒΡΟΜΟΝ ὑλονόμος θῆρ
 μῆλαι, ἀν' ὑλῆεν δ' ὠκύς ἔθυνεν ὄρος,
 δέισας ἡμιγύναικα θεῆς λάτριν, ὅς τάδε ῥεῖη
 ἔνδυτα καὶ ξανθοὺς ἐκρέμασε πλοκάμους.

Edidisse me puto sic recte. In v. 5. *Brunk* habet ἔσχεθε, quae est *Tourii* emendatio. v. *Emendat. in Suid.* T. III. pag. 88. cnf. *Iacobs* Animadv. T. I. P. I. p. 271. male ni fallor. Leo enim tympanum non pulsavit, sed Gallus. ἴαχει, *resonat*. Memorabilis est *Pindari* locus apud *Herodianum* in *Diatrib.* II. Anecd. *Villois.* pag. 95. ἴαχει βαρυφθεγκτ' ἀν' ἀγέλαν λεόντων. Haec tam corrupta sunt, ut nihil intelligas. Scribe me auctore:

Ἰάχει βαρυφθεγκτῶν ἀγέλαι λεόντων.

Librarii non intelligebant *Schema Pindaricum*, ut vocatur. Cnf. *Hermann*, *Comment. de metris Pindaricis* pag. 248. Codicis *Vatic.* et *Allatii* lectionem, probatam quoque *Iacobsio*, ΒΡΟΜΟΝ, adhibui.



Nam hoc verbum de vehemente et terribili strepitu dicitur. Locis à *Iacobſio* laudatis adde *Homer.* hymn. XI, 3. *Ariſtoph.* Nub. 312. praecipue *Archiam* in *Antholog.* Lib. III. 1. pag. 321.

Σεῦ δὲ βοᾶν ἀύλοιο ΒΑΡΥΒΡΟΜΟΝ οὐκ ἔτι Νύμφαι
Ὡς πάρος, ἐν Φρυγίῳ οὔρεσι πεισόμεθα.

Et *Lafum Hermionenfem*, in hymno ad *Cererem* apud *Athen.* Lib. XIV. pag. 625. e.

- - - - Αἰολίδα ΒΑΡΥΒΡΟΜΟΝ ἁρμονίαν.

Caeterum lectio *Küſteri*, et *Apogr.* Lipsi. νόμον, omnino graviffimá auctoritate *Teleſtis Selinuntii* confirmari poteſt, qui verbum νόμον, de fonitu in ſacris *Cybeles*, adhibuit, in praeclearo loco apud *Athenaeum*, Lib. XIV. pag. 626.

Πρῶτοι παρὰ κρατῆρας Ἑλλήνων ἐν αὐλοῖς
Συνοπαδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρέϊας
ΦΡΥΓΙΟΝ ἄεισαν ΝΟΜΟΝ —

Diogenes Tragicus, in *Semele*, apud eund. Lib. XIV. pag. 627.

Κλύω δὲ Λυδᾶς Βακτρίας τε παρθένας
ποταμῶ παροίκους Ἄλυϊ, Ἰμωλίαν θεόν,
Δαφνόσκιον κατ' ἄλσος Ἄρτεμιν σέβειν,
ὄλκοις κρεκούσας μάγαδιν, ἐνθα Περσικῶ
ΝΟΜΩι ξυνωθεῖς αὐλὸς ὀμονοεῖ χοροῖς.

σέβειν Ἄρτεμιν, *venerari Dianam*, i. e. *Cybelen.* *Pulchre Auctor Epitaphii*, apud *Bonadam*, *Inſcriptt.* T. II. pag. 369.

Qui colitis Cybelen, et qui Phryga plangitis Attin
Dum vacat, et tacitá Dindyma nocte ſilent,
Flete meos cineres! - - -

In toto denique *Epigrammate* interpunctionem ita diſpoſui, ut ſenſus obſcurus eſſe nequeat. — Addam



quoque *Castorionis Solensis* carmen in Pana, quod e Clearcho servavit *Athenaeus*, Lib. X. pag. 455. a., à librariis valde depravatum. *Athenaei* verba haec sunt: Τὸ δὲ Καστορίωνος τοῦ Σολέως, ὡς ὁ Κλέαρχος Φησὶν, εἰς τὸν Πᾶνα ποίημα τοιοῦτόν ἐστιν· τῶν ποδῶν, ἕκαστος ὅλοις ὀνόμασι περιειλημένος ἔχει τοὺς πόδας, οἶον· Σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις δυσχείμερον ναίουθ' ὁδὸς θηρονόμε Πᾶν χθόν' Ἀρκάδων, κλήσω γραφῇ τῆδε σοφῇ, πάγκλυτ' ἔπη συνθεῖς ἄναξ, δύσγνωστα μὴ σοφοῖς κλύειν, μουσοπόλε θῆρ κηροχίτωνος μείλιγμ' ἰεῖς; καὶ τὰ λοιπὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. τούτων δ' ἕκαστον τῶν ποδῶν, ὡς ἂν τῇ τάξει θῆς, τὸ αὐτὸν μέτρον ἀποδώσει οὕτως· σὲ τὸν βόλοις δυσχείμερον, σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις. καὶ ὅτι τῶν ποδῶν ἕκαστός ἐστι δεκαγράμματος. (lege ἐνδεκαγράμματος.) Totum *Athenaei* locum non recte cepisse videtur magnus *Casaubonus*. Non plenum et perfectum est carmen, fateor, sed eiusmodi tamen, ut emendationes cuiusvis, non plane imperito, in mentem veniant, Carmen ita numeris suis restituum:

Σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις
 δυσχείμερον ναίουθ' ΟΡΟΣ
 θηρονόμε Πᾶν, χθόν' Ἀρκάδων
 ΚΛΕΙΣΩ γραφῇ ΕΝΙ τῆδε σοφῇ
 ΠΑΓΚΛΕΙΤ' ἔπη συνθεῖς ἄναξ
 δύσγνωστα μὴ σοφοῖς ΚΛΥΕΝ
 μουσοπόλε θῆρ, ΧΑΡΙΤΟΤΑΤΟΝ
 μείλιγμ' ἰεῖς - - -

ὁ Pan altor ferarum, qui nive tectum saevaque hieme durum Arcadiae montem habitas, te, hoc difficili scribendi genere, acute invento, celebrabo, versus praeclaros, summe rex, componens, cognitu



difficiles ignorantibus, ó fere Musarum socius, carmen suavissimum fundens.

Alio modo Casaubonus, Castorionis locum tractavit, ait enim: „Castorionis Solensis artificium, quo usus est, cum carmen in Panem componeret, est huiusmodi. Versus enim poëmatis sunt senarii jambici, quorum omnes pedes uná pluribusve dictionibus integris finiuntur, unde evenit, ut transponi singuli pedes in varias sedes tuto possint, omnes enim pedes aequae ήγεμονικαί atque ἀπολουθητικοί. Pedes intellige jambicas dipodias. Exemplum esto in hisce versibus:

Σὲ τὸν βόλοισ νιφοκτύποις δυσχείμερον
 Ναίονθ' ὀδὸς θηρονόμῃ Πάν χθόν' Ἀρκάδων,
 Κλήσω γραφῆ, τηδὶ σοφῆ, πάγκλυτ' ἔπη,
 Συνθεῖς ἄναξ, δύσγνωστα μὴ σοφοῖς κλύειν.
 Μουσοπόλε θῆρ κηροχίτωνος μέλιγμ' ἰαίς.“

Haec Casaubonus. At ex Athenaeo patet Castorionis versus Dimetros esse, singulari modo (γραφῆ σοφῆ) XI. literas in omni pede habentes.

In secundo versu, vitio scriptum erat ὀδὸς, nec minus male in MSS. ὀδοί. Casaubonus legit, ναίονθ' ἔμωσ. Iosf. Scaliger vero, pro ὀδὸς emendat, ἔδος. Durum praeterea videtur Casaubono ναίειν. Nostra emendatio facillima est, sensumque dat optimum, ὄρος est hic Maenalus mons, qui Panos sedes, et δυσχείμερος, i. e. duram hiemem habet. Sic, Homerus, Iliad. β' 750.

- - - περὶ Δωδώνην δυσχείμερον.

cnf. Iliad. π', 234. Aeschylus, mare procellosum δυσχείμερον πέλαγος vocat, Prometh. 745. et Euripides in fragmento ex Cresphonte, ap. Strabon. Lib. VIII.



pag. 366. (*Musgr.* T. III. pag. 557.) Messeniam terram frugiferam appellat, et:

οὐτ' ἐν πνοῶσι χείματος δυσχείμερον.

Certo certior emendatio ὄρος pro ὀδός. *Euripides*, apud *Dionys. Halicarn.* de Struct. Orat. pag. 250. de Panos sede:

- - - - ὅστε πέτρον Ἀρκάδων δυσχείμερον
ἐπεμβατεύεις - - -

Poëta etiam ignotus apud *Stob. Grot.* pag. 117. Arcadiam, vocat:

- - - - γᾶν - - - -
πετροβότα τε θεοῦ Πανὸς νομίσιο βρυάτα.

Quomodo *Castorion*, κείεν ὄρος dixit, ita *Pindarus* ναιετάων ὑπὸ ὄρος. *Olymp.* VI, 131.

- - - ὑπὸ Κυλλάνας ὄρος
Ἀγησία, μάτρως ἄνδρες
ναιετάοντες.

conf. *Ol.* V. 40.

Vs. 4—5. nonnulla mutavi, non violenter. μουσοπόλος, *focius, minister, Musarum.* Sic poëtae dicti μουσοπόλοι, à *Teleste* ap. *Athen.* Lib. XIV. p. 617. a. et οἰκία μουσοπόλων, memoratur à *Sappho* ap. *Maxim. Tyr.* VIII. pag. 96. *Davis.* In ultimo versu corrupte in omnibus libris legitur κηροχίτωνος. Vox κηροχίτων occurrit quidem in *Antipatri* Epigr. in *Antholog. Gr.* Lib. VI. pag. 561. cf. *Tour.* Emend. in *Suid.* T. II. pag. 287. sed prorsus alio sensu. Viri docti vertunt: animalis, *ceream vestem induti*, sine sensu, sive sententiam sive metrum spectes. *Casaubonus*, non male χαριέστατον emendat. Non infeliciter tamen mihi ΧΑΡΙΤΟΤΑΤΟΝ restituisse videor.



Licet vero in exemplis corrupti scribendi generis iam copiosior fuerim, licet tamen duo ex *Aristophane* huc adferre, praesertim cum observavimus, nulli virorum doctorum, qui Aristophanéa tractarunt, quantum scimus, nostras emendationes in mentem venisse. In fragmento ex *Aristophanis* Comoediâ *Δαιταλεῖς* inscriptâ, legitur (*Brunk. T. III. p. 236.*)

Ἡμῶν ἴσως οὐ καταπληγήσει τῷ χρόνῳ.

Τὸ καταπληγήσει τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.

Haec sensu carent. Scribe:

A. Ἡ ΜΗΝ ἴσως ΣΥ καταπληγήσει τῷ χρόνῳ.

B. Τὸ καταπληγήσει τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.

A. *Profecto tu aequae tempore perterreberis.*

B. *Hoc perterreberis, à 'Rhetoribus est.*

Compara quaeſo, *Nub. 862.*

Ἡ μὴν σὺ τούτοις τῷ χρόνῳ ποτ' ἀχθῆσει.

ubi vid. *Hermann.*

Ibid. 1244.

Ἡ μὴν σὺ τούτων τῷ χρόνῳ δώσεις δίκην.

Male erat in *Aristophanis* senariis: καταπληγήσει. Sed iam *Brunkius* emendavit καταπληγήσει. Gravissimo errore ei pro ι restat in *Aristoph.* *Equit. 569.*

Κούδεις οὐδεπώποτ' αὐτῶν τοὺς ἐναντίους ἰδῶν

ἠρίθμησεν - - -

Equidem si apud *Aristophanem*, in Trochaeo, spondeus in impari sede invenitur, non dubium est, quia versus corruptus sit. vid. *Brunk. ad Lysistr. 654.* et *Addend. T. III. p. 186.* Credidi versum ita emendandum esse:

ΚΟΥΤΙΣ οὐδεπώποτ' α. τ. ε. ι.



Sed in Ravenate libro legitur:

Οὐ γὰρ οὐδεὶς πώποτ' α. τ. ε. ι.

quae vera lectio *Hermann*o videtur. de Metr. p. 117. Ceterum hic locus, alium errorem librarii, eadem fabulâ à me observatum, in memoriam mihi revocat. Est v. 1230,

Οὐ δῆτ', ἐπεὶ μοι χρησμός ἐστι Πυθικός
Φράζων, ὕφ' οὗ με δεῖ ποῦ' ἠττᾶσθαι μόνου.

Sic summus *Brunkius* ex ingenio edidit, reprehensus eam ob causam ab *Invernizzio*, qui versum secundum ita profert:

Φράζων, ὕφ' οὗ δεήσει μ' ἠττᾶσθαι μόνου.

Et in notis haec monet: „Ita libri omnes veteres atque impressi, optime fluente versu. *Brunkius* vero pro arbitrio suo numerorum restituendorum causâ praeter necessitatem, et contra librorum omnium auctoritatem, ita ex ingenio versum esse edendum existimavit:

Φράζων κτλ.

Si versus huiusmodi emendandi essent, poëtae omnes profecto magnâ in parte essent labefactandi.“

Ego puto Spondeum quarto loco relictum, tollendum, et ita versum scribendum esse:

Φράζων, ὕφ' οὗ ΔΕΗΣΕ (pro ἐδέησε) μ' ἠττᾶσθαι
μόνου.

— Sed desinamus, nam etiam in his modus est tenendus.

Maittaire, verba nostri poëtae: ἐδέεσσιν θεῶν ἀλιτροσύνην ἀναθῆναι, reddidit: deorum fana violare. At ἀνατιθέναι, est pro ἐπιτιθέναι. vid. *Hesych.* *Suid.* et *Etym. M.* cnf. *Homer.* *Iliad.* χ', 100.



Vs. 21. *ἱερός οὗτος ὁ χῶρος.*]

Inscriptio antiqua, Ithacá insulá reperta, edita à *Pacciudio*, Monum. Peloponnes. T. I. p. 142.

ΙΕΡΟΣ Ὁ ΧΩΡΟΣ

τῆς Ἀρτέμιδος.

Callimach. hymn. in *Jov.* 13.

- - - - ἐνθεν ὁ ΧΩΡΟΣ
ΙΕΡΟΣ.

Anyte Tegeatis, in *Anthologiá Graecá*, Lib. I. c. 28. ep. 6.

Κύπριδος οὗτος ὁ ΧΩΡΟΣ.

Simili modo *Polybius*, in *Excerptis Fulv. Ursini*. XXXVI. pag. 317. *Μιλησίοις δὲ τὴν ἸΕΡΑΝ ΧΩΡΑΝ ἀπεκατέστησαν.* — *χῶρος*, i. q. *τέμενος*. vid. *Schol. min.* ad *Hom. Od.* 9', 363. *Hesychius*: *χῶρος*, τόπος, ἀγρός, ἄνθρωπος. Sic à *Mufuro* vitiose editum, nihil tamen senserunt Viri docti. In Codice Marciano, scripturá compendiariá legitur, ἀγρός, ἄνος. Forfan latet vox ἀνθοφόρος, *ager floribus pulcher, herbidus*. Florida terra, ut *Petronius* dixit in *Antholog. Lat.* Lib. VI. ep. 93. Certe *χῶρος*, pro loco florido et herbido, poëtis non infrequens. vid. *Homer.* *Jl.* 9', 53. *Laches* ap. *Athenaeum*, Lib. III. p. 73. f.

Ὡς δ' ὅτ' ἀέξεται σικυὸς δροσερῶ ἐνὶ ΧΩΡΩΙ.

Simili forsan modo positum in *Archilochi* Epigram. *Anal. Brunk.* T. I. pag. 44.

οὐ γὰρ τι καλὸς ΧΩΡΟΣ, οὐδ' ἐφίμερος
οὐδ' ἐρατὸς, οἷος ἀμφὶ Σίριος ῥοάς.

Sitarum regio ob foecunditatem, et prata floribus pulcherrima, celebrata. Hesperidum hortus *χῶρος* dictus, ab *Apollonio Rhod.* Lib. IV. 1395. et *Mimnermo* ἐν *Ναυνοῖ* ap. *Athen.* Lib. XI. p. 470. B. Sic



et χώρα pro horto utitur. vid. *Corinna* ap. *Apollon. Dyscol.* pag. 58. — Confer caeterum simillimam nostro loco, inscriptionem, in *Marinii, Antiche Inscrizione delle Ville e de' palazzi Albani*, pag. 64. — Apte *Salmasius, Persii* locum laudat. II, 17.

- - *Pueri, sacer est locus, extra
meiite* - - -

Vs. 23, 24, 25.] Hi versus tali modo in lapide leguntur:

ΜΗΔΕ ΤΙΣ ΗΜΕΡΙΔΩΝ ΟΡΧΟΤΣ ΗΝΑΛ-
 ΛΕΑ ΔΕΝΔΡΕΩΝ
 ΗΠΟΙΗΝ ΧΙΛΩΙ ΕΤΑΛΔΕΙ ΧΛΩΡΑ ΘΕ-
 ΟΤΣΑΝ
 ΔΜΟΗΝ ΚΤΑΝΕΟΤ ΑΙΔΟC ΡΕΞΕΙΕ ΜΑ-
 ΚΕΛΛΑΝ.

Sollicitatur primum à *Casaubono*, ἢ ἐν, qui ἐν pro ἐς à lapidario positum esse existimat, idem deinde pro ῥήξειε scribendum putat πήξειε. *Salmasius* contra non mutavit lapidis lectionem. Etenim sciendum est, ἐν à Dorienibus praecipue nonnunquam pro εἰς positum esse, et quarto casui adiungi. Observatio est antiqui Grammatici, quam descripsit *Gregorius de Dialectis*, pag. 163. Τρέπουσιν (οἱ Κρητες) τῆς Ἐς πρόθεως τὸ εἰς τὸ ν; οἶον, ἐς χορὸν, ἐν χορὸν, ἐς τὴν ἀγορὰν, ἐν τὰν ἀγορὰν, λέγοντες. Pauca ibi dedit *Koenius*. *Eustathius*, in *Od. Σ*, pag. 659, 30. ἔθος; ait, Δαριεῦσιν, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου φαίνεται, συντάσσειν, ἔστιν ὅτε, τὴν Ἐν πρόθεσιν μετὰ αἰτιατικῆς. Plurima talia in Pindaricis occurrunt. Sic *Pyth. II*, 157.

ἐν πάντα δὲ νόμον.

Pyth. IV, 459.



Ἐν ποτε Καλ-
λίσταν ἀπώκησαν χρόνῳ
νᾶσον.

ubi *Scholiasfes*: Χαῖρις βούλεται γράφειν, ἔν ποτε, ἀν-
τι τοῦ ἄν ποτε, κατὰ τὴν Πινδάρου συνήθειαν. —
Pyth. II, 21.

Ἐν θ' ἄρματα.

In *Dithyrambo*, Fragm. Pindari pag. 67. ed. *Heyne*.

Δεῦτ' ἐν χορόν.

Caeterum ἐν pro ἐς transiit e Sicilia in Italiam infe-
riorem, unde nonnunquam in Pythagoraeorum scri-
ptis invenitur. *Diagoras Atheus*, ap. *Didymum* de
Trinitate. Lib. III. c. 1. αὐτοδαῆς ἐν ἀρετάν. *Dius*
Pythagoricus, apud *Stobaeum* Serm. LXIV. p. 408.
Ἵμεῖς δὲ ΑΡΙΓΝΩΤΕΣ σωματικᾶς ἀδουᾶς, τέλος ποι-
ούμενοι, καθάπερ κνώδαλα, τὸν κέρον τῷ πλατιασμῷ, οὐχ
ὅτι χάριτος ἢ τιμᾶς, ἀλλὰ καὶ μέμφιος ποτὶ κολάσει δι-
καίως ἐστὲ ἀξιοὶ τυγχάνεν, διὰ τὰν αὐτῶν ἀκολασίας ἐμ-
βαλλόμενοι ῥύπον, ἐν ζῶαν ἐλευθέρων παίδων. Bene vi-
demur *Dium* emendasse. Male erat initio ἀ ὀρίγνεσθ'
ἀρωματικᾶς. Tentavit quidem nonnulla *Gesnerus*, sed
longissime à veritate. At, quae e Dorum scriptori-
bus adduxi exempla, vix aliquid hic probare possunt.
ἢ ἐν particula hic est disiunctiva, saepissime in optimis
scriptoribus obvia. — ἡμερίς est vitis hortensis, ab ho-
minibus culta, ad differentiam τῆς ἀγριάδος, sylvestris.
Homer. Od. ε', 69, de vite expansâ et circa spelun-
cam adultâ:

ἢ δ' αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπέλους γλαφυροῖο
ἡμερίς ἡβώωσα —

Critici antiqui apud *Eustathium* ad h. l. volunt, τὴν
ἡμερίδα esse εἶδος λεπτοφλοίου δρυός, cuius fructus quo-



que dicatur σταφυλή. Ait: Ἐν δὲ ὑπομνήμασι παλαιοῖς τοῖς εἰς τὸ ξ' τῆς Ἰλιάδος, εἶδος λεπτοφλοίου δρυὸς ἢ ἡμερίς λέγεται, καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς σταφυλή. Ipse *Eustathius* memorat, suā aetate circa Thraciam speciem quandam τῶν δρυῶν dictam fuisse ἡμερίδας. At hoc nihil valet de aetate Homeri. *Apollonius*, *Sophista*. p. 332. ἡμερίς. ἄμπελος. Caeterum vide eruditam de ἡμερίδα disputationem Grammatici antiqui in *Etym. M.* pag. 430. 10. cnf. *Macedonius*, in *Analect. Brunk.* T. III. pag. 111. *Etymol. Gudian. MS.* ἡμερίς, ἢ ἀναδενδράς. Est ergo vitis alta: *Apollonius Rhod.* Lib. III, 220.

- - - - ἄγχι δὲ τοῖο
ἡμερίδες χλοεροῖσι καταστεφές πετάλοισι
ὑψοῦ ἀειρόμεναι μέγ' ἐθήλεον —

Rhotius, *Lex. MS.* ἡμερίδα, τὴν ἄμπελον. οὕτως Ἀριστοφάνης. *Aristophanis* locus est in *Acharn.* 996.

πρῶτα μὲν ἂν ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσαι μακρόν.
εἴτα παρὰ τόνδε νέα μοσχίδια συκίδων.
καὶ τὸ τρίτον ἡμερίδος ὄσχον. —

Recepi cum *Viscont.* coniecturam *Salmasii*, δμωῆ μακέλλα pro δμωῆν μάκελλαν scribentis, quae iam ab *Hoeschelio* edita. AI et HI, et HN et AN, nonnunquam permutatae. ῥήσσειν, *frangere*. vid. *Casaub.* Pro ΧΛΩΡΑ ΘΕΟΥΣΑΝ, *Casaubonus* restituit, χλωρὰν θεούσαν. Elegantiā vero sermonis Graeci non cepit vir doctus. Nihil mutandum. ποίην χλωρὰ θεούσαν, elegantissime dixit *herbam viridem*. Eadem plane locutione *Hesiodus*, iam ab *Hoeschelio* laudatus, dixit in Ἄσπ. 146.

Τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλήτο στόμα λευκὰ ΘΕΟΝΤΩΝ.



Simile quoque est aliquantum, quod e *Gregorio Nazianzeno*, in *Muratorii Anecd. Epigr. CXLI.* adfert *Visconti*, in quo σήματος ὑψιθέοντος mentio fit. Instrumentum, quo effoditur terra ad inhumandos mortuos, et quo demissi in foveam terrā obruuntur, eleganter appellat, δμωὴν Ἄδου μάκελλαν, *ministram Orci asciam.* — Cum poëta nostro confer caeterum *Ausonii* epigramma, Epitaph. Heroum, XXI.

*Hippothoum, Pyleumque tenet gremio infima
tellus,*

Caulibus et malvis, terga superna virent.

Nec vexat cineres, horti cultura quietos.

Vs. 25. κυανέου Ἄιδος.] Sic *Niger Orcus* apud Latinos. Acuta est *Viscontii* observatio, antiquos artifices statuas Plutonis e nigro plerumque lapide finxisse. vid. eius Not. ad *Mus. Pio-Clement.* T. IV. tab. XIV. Furiae etiam μέλαιναί, *nigrae*, dictae, aut, quia ad orcum pertinebant, aut quia pullatis vestibus indutae putabantur. *Aeschyl.* Sept. ad Theb. 982.

Πόντιά τ' Οιδίπου σκιά,
μέλαινά τ' Ἐρινύς.

Hinc vestem nigram Ἐρινυῶν ἐσθῆτα, *Lycophron*, dixit Alex. 1137. quin et *Parcae nigrae* aut *nocturnae* dictae à *Machone* ap. *Athen.* Lib. VIII. pag. 341.

Vs. 28. καὶ ἔγγονος ἐσσαμένοιο.] In lapide legitur: ΕΚΤΕΝΟΣ, quod iam displicuit *Holstenio*, qui ἔγγονος emendavit. Hanc emendationem revocavit *Visconti*. Omnes caeteri, ἔγγενος. *Salmasius*, e coniecturâ ἔγγονος. At ἔγγονος Grammaticorum optimorumque poëtarum auctoritate probatur. vid. *Homer.* Jl.



ε', 813. υ', 206. Od. γ', 123. λ', 135. *Alexander Aetolus*, apud *Parthenium* cap. 14.

Ἄσσηνοῦ βασιλῆος ἐλεύσεται ΕΚΓΟΝΟΣ Ἄνθεύς.
Singulari significatione in fragmento *Elegiae Critiae* occurrit ap. *Athen.* Lib. I. pag. 28. C.

Θήβη δ' ἄρματόεντα δίφρον συνεπήξατο πρώτη.

Φορτηγούς δ' ἀκάτους Κᾶρες ἀλός ταμίας.

Τὸν δὲ τροχοῦ γαίης τε καμίνου τ' ΕΚΓΟΝΟΝ εὖρε
κλεινότατον κέραμον χρήσιμον οἰκονόμον,

Ἦ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον.

Eleganter à poëtâ opera figlina appellantur *soboles*, id est, opus *rotae, terrae et camini*. Sic in aenigmate in *Antiphanis* versibus ap. *Athen.* Lib. X. pp. 449. B. olla dicitur, *τροχορυμασίτευκτον κύτος πλαστὸν ἐκ γαίης*. — Caeterum vide *Suid.* voce ἔκγονος. Nimis subtiliter Auctor *Etymologici Gudiani inediti*: "Ἐκγονος, ἔγγονος καὶ ἀπόγονος διαφέρει. ἔκγονος μὲν ἐστὶν υἱός. ἔγγονος δὲ υἱὸς υἱοῦ. ἀπόγονος δὲ ὁ τῶν ἐγγόνων πάλιν υἱός. Memorat quoque *Visconti*, in anaglypho Musei Ghigiani, Alexandrum Magnum, ἔκγονον Διός, i. e. *prolem Jovis*, dictum esse.

Vs. 29, 30, 31.] Pro Ἰστωρ, in lapide legitur Ε C T Ω Ρ. Ἰστωρ, qui scit iura, arbiter, i. q. μάρτυς. — Verbum *τιμάρορ* illustrat *Schol. Apollon. Rhod.* IV, 1309. *τιμάρορ*, — ἔκδικος, ἔφορος. *Pindar. Olymp.* IX, 123.

προξενία δ' ἀρετᾶ

Τ' ἦλθον τιμάρορ Ἰσθμια-
σι Λαμπρομάχου μι-
τραῖς.

Ubi *τιμάρορ* est *honorem adiungens*, i. q. *τιμητής, μνητής*.



Salmasius, in Codice suo invenit: ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΘΗΝΑΙΗ ΠΕΡΙ ΧΘΟΝΙΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ, et ut metrum restitueret, emendavit: ΠΕΡΙ ΟΙ ΧΘΟΝΙΟΝ Β. *Brunkius* scribendum coniecerat:

- - - - - παρὰ οἱ χθόνιον βασιλῆα.

Plutonium scilicet. At qualis tum sensus? *Salmasii* lectio simillima *Arcadianae*, quae tantum addit τε. vid. *Viscont.* — Erichthonium à Minervâ templo repositum esse, fabula pueris nota. vid. *Apollod.* III, 14, 7.

Vs. 31. ἐγκατέθηκε.] Lapis ΕΝΚΑΤΕΘΗΚΕ. Varia ratio scribendi. In Inscriptione Cumaeâ apud *Caylus*, *Recueil des Antiquités.* T. II. Pl. LXVII. lin. 35. legitur ΕΝ ΟΠΛΩΙ ΕΝ ΧΡΥΣΩΙ, ubi vir doctus errat, qui ait legendum esse: ἐν ὄπλῳ ἐν χρυσῷ, cum debuisset, ἐν ὄπλῳ ἐγχρύσῳ. vid. *Viscont.* sic νόσμον πάγχρυσον poeta dixit incertus, apud *Athenaeum* Lib. VI. pag. 233. Consule praeterea eruditam *Viscontii* disputationem de *Philodemi* loco, de Musica, pag. 180. ubi pro ΕΓΚΕΚΛΑΣΜΕΝΗΙ, male vulgatum est: ΕΝΚΕΚΛΑΣΜΕΝΗΙ. Pauca quae observavimus addere liceat. ἀγγεῖον pro ἀγγεῖον, in Inscriptione Smyrnaeâ occurrit, editâ à *Patin.* Inscriptt. Smyrn. pag. 27. συγγενῆ pro συγγενῆ, invenies in *Marmor. Oxon.* XXV. 1. cnf. *Falconer.* Inscriptt. Athleth. pag. 66. *Spanh.* de Usu et Praest. Numism. pag. 119. *Barthelemy*, sur une ancienne Inscription Grecque relative aux finances des Atheniens. p. 82. *Robertson's Parian Chronicle, with a dissertation concerning its authenticity.* pag. 56. — Illud νηῶ ἐγκατέθηκε, quod nemo observavit, comparandum cum *Arat'is*, Phaen. 16. ubi de Jove:



- - - - ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίου
 ἄνθρω ΕΓΚΑΤΕΘΕΝΤΟ, καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτὸν
 Δικταῖοι Κουρῆτες ὅτε Κρόνον ἐψεύδοντο.

Unde *Moero Byzantina*, ap. *Athen.* Lib. XI. pag. 491. B.

Ζεὺς δ' ἄρ' ἐνὶ Κρήτῃ τρέφετο μέγας, οὐ δ' ἄρα τις νιν
 ἠΐδει μακάρων - - - - -

Callimachus, pro ἄνθρω ἐγκατέθεντο, ita νηῶ dixit
 hymn. in Dian. 229.

- - - - - σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
 Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ΕΓΚΑΘΕΤΟ νηῶ.

Vs. 32. ἐπιπείσεται.] Recipienda haec lectio cum
Salmas. et *Viscont.* αὐτῶν pro αὐτοῖς coniecit *Salmas.*
 at, magis lapidis scriptura prabanda. Apte *Visconti*,
Homeri locum commemorat JI. ψ', 300.

ἄΩς ἔφαθ', οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον ἦδ' ἐπίθοντο.

Vs. 34. ῥέμβος ἀλάστωρ.] In marmore est POM-
 BOC pro PEMBOC. forma inflexa literae E erroris
 causa. Vice versa supra v. 28. ΕΚΓΕΝΟΣ pro ΕΚ-
 ΓΟΝΟΣ exaratum. Bene *Hoescheli* pro reiecta-
 nea lectione, ῥέμβος scripsit, quam lectionem compro-
 bant *Brunk*, *Visconti* et *Jacobs*. ῥόμβος praeterea
 nunquam ut adiectivum occurrat. ἀλάστωρ dictus est
 ῥέμβος, quasi daemon circumerrans. In voce ἀλά-
 στωρ exstincta erat ultima litera ρ, suppleta iam ab
Arcudio. Alastor Graecis est δαίμων, hominum im-
 proborum et sceleratorum male facta animadvertens.
 Vide memorabilem locum in *Plutarchi* vita *Ciceron.*
 c. 34. cnf. *Sophocl.* Oed. Col. 782. *Philoct.* 1582,
 1621. *Xenarchus*, *Athenaci* Lib. II. pag. 63.



- - - ἀλάστωρ εἰσπέπαικε Πελοπιδῶν
 ἄστυτος οἶκος - - -

homicidas, ἀλάστορας Euripides dixit in Menalippe apud Erotian. pag. 63. — Hesych. Ἀλάστωρ. πικρὸς δαίμων. Ζεὺς. Suidas. πικρὸς καὶ Φονικὸς δαίμων. Etymol. Gudian. inedit. Ἀλάστωρ. ὁ Ζεὺς, ὁ ἐποπτεύων τοὺς ἀλαστά καὶ χαλεπὰ ποιῶντας, ἢ ὁ ἀσεβῆς, ἢ ὁ κακοποιός. οὕτως Ἡρωδιανός. Studium illud religionis, quo Graeci pro sepulcris tuendis conservandis que contra sacrilegos fures mire incendebantur, tota loquitur antiquitas, loquuntur leges, privata monumenta, scriptores denique omnes, à quibus antiquarum gentium facta accepimus. Addam hic tantum duo epigrammata, ex Anthologιά ineditά, primum à Viscontio ad h. l. laudata. Auctor est Gregorius Nazianzenus. (Cod. pag. 352.) Primum est:

Οὐκ οἶδ' ὄντινα τύμβος ἔχει νέκυν, ἀλλ' ἐρέωγε·
 Δάκρυ' ἐπισπένδων, τοῖα πάθοις ὁ δράσας.

Addo alterum. (Cod. pag. 356.)

Τὴν σιαπάνην ἐπ' ἄρουραν, ἐμῶ δ' ἐπὶ σήματι βάλλειν
 Δάκρυα, μὴ παλάμας· ἦδε δίκη Φθιμένων.

Communis etiam apud Romanos opinio fuit spectris insideri sepulcra, unde miles apud Petronium, intrans in conditorium, ubi Ephesina matrona maritum iugebat, visā pulcherrimā muliere, quasi quodam monstro, inferisque imaginibus turbatus substitit, vid. Interpp. ad Petron. cap. 130.

Vs. 35. — στυγερὴν δὲ κυλινδῆσει κακότητα.] Poëtica expressit poëta et depinxit poenam ipsam in fures sacrilegos constitutam. cnf. Homer. Iliad. ρ', 688.



Vs. 36.] Sermo de Triopá punito propter templum Cereris dirutum. vide quae dixi ad v. 5. Paucis mutatis eandem de Triopá fabulam, *Hyginus* narrat, *Astronom.* II, 14. Carminis nostri auctor fabulam legisse videtur, aut in *Eois Hesiodéis*, aut Cyclicis poëtis, vel aliis heroicarum genealogiarum priscis scriptoribus. v. 37. vulgatam lectionem *γειόν* admisit *Visconti*, novale reddens. Parum vero abest, quin cum *Eichstaedio* (l. c. pag. 484) scribam *νηόν* *ει* enim pro *η*, ut notum, à librariis ponitur. Emendatione admissâ, egregie congruit historia cum auctore, quem *Hyginus* exscripsit, narrante, Triopam fame insatiabili à deâ affectum esse ob templum vastatum.

Vs. 38. τῷ ἤτοι ποιήν καὶ ἐπωνυμίην ἀλέασθαι
χώρου, —]

Pro ἀλέασθαι, in lapide legitur ΑΛCΑCΘΑΙ. *Arctudius*, apud *Sponium* legendum esse ἀγάσασθαι, arbitratur, quod non observavit *Visconti*. — Litera tertia C sine lineolâ scripta. Hoc saepenumero in Inscriptionibb. Unum hoc monebo, *Corfinium*, aliosque doctissimos viros credidisse, tempore Antoninorum primum, literam E, inflexam accepisse formam. At usum pervetustum esse, erudite monstrarunt *Mazocch.* ad *Tabb. Heracleens.* pag. 532. not. 85. *Pacciaud.* *Mon. Peloponnes.* T. II. pag. 155. *Torremuzza.* *Inscriz. di Palermo.* pag. 237. *Winkelm. Lettera al Conte di Bruhl.* pag. 89. *Eckhel.* *Nummi Vet.* pag. 97. et 117. omniumque doctissime, *Marini.* *Inscriz. Alban.* pag. 174.

Vs. 39. μή τις ἔπηται ἔπι Τριόπειος Ἐρινός.] Displicet non immerito *Viscontio* lapidis scriptura MH



ΤΟΙ. Haec enim forma dura est propter praecedens $\eta\tau\omicron\iota$, vs. 38. Vera forte Viri docti coniectura ΜΗ ΤΙC. saepius à librariis et sculptoribus ΟΙ et Ι commutatae fuerunt. Multa exempla protulit *Wakefield*, ad *Lucret.* Lib. I. 557. pag. 108. et *Brunk*, ad *Aeschyl.* Prometh. 638. Sic in *Ibyci* fragmento, μή τοι pro μή τι legebatur, emendato ab *Hoogevenio*, de Particul. c. 27. sect. 14. Pariter in *Philodemo* de Musica Col. XXVIII. l. 9. ΨΟΙΛΟΣ, pro ΨΙΛΟΣ expressum est. Ibid. Col. XXI. lin. 23. ΚΑΙ ΤΟΙ pro ΚΑΙ ΤΙ. In Inscriptione Cretaná, ap. *Donium* Cl. I, n. 56. ΖΗΝΟΦΟΙΛΩ, pro ΖΗΝΟΦΙΛΩ. Memini quoque *Aeschyléi* fragmenti apud *Priscianum* pag. 859. Ald. in quo Οἶστρος pro Ἴστρος legitur. Est enim Ilier fluvius. In *Antimachi* versibus ap. *Athenaeum*, Lib. XI. pag. 482. F. invenies:

Πᾶσιν δ' ἡγεμόνεσσιν ἐπιχόμενοι κήρυκες
Χρύσεα καλὰ κύπελλα τετυγμένα νωμήσαντο.

vbi vice versa Ι pro ΟΙ positum. Legendum enim, ΕΠΟΙΧΟΜΕΝΟΙ, quae emendatio et *Schellenbergio*, fragm. Antimach. pag. 61. in mentem venit. Vexatus quoque erat *Aristophanis* locus, Nub. 1332. ubi *Brunkius* ἀρ' ἴσθ' cum interrogatione edidit, *Hermannus* vero ex antiquis Edd. veram lectionem ἀρ' οἶσθ' revocavit.

Quoniam semel *Aristophanem* evolvimus, brevibus verbis sententiam nostram dicemus de aliis quoque locis, in quibus errores librariorum observavimus. In Comici Equit. 786. *Brunkius* edidit:

ἄνθρωπε, τίς εἶ; μῶν ἐγγονος εἶ τῶν Ἀρμόδιου τίς ἐκείνων;
τοῦτό γε τοῦργον ἀληθῶς ἐστὶν γενναῖον καὶ Φιλόδημον.



Secundus versus vitiosus est. Aldina editio:

Τοῦτό γε σου τούργον ἀληθῶς —

Ravennas liber (v. 798.)

Τοῦτό γε τοι τ' ἀληθῶς αὖ τούργον γ.

Mihi videtur legendum esse

Τοῦτί γε τοι σου τούργον ἀληθῶς —

Sic ipse *Aristophanes*, ead. fabulá, v. 1054.

Τοῦτό γε τοι Παφλαγῶν παρεκινδύνευσε μεθύσθεις.

In Pac. 183. legitur,

ᾠ μιὰρὲ, καὶ τολμηρὲ, κἀναΐσχυντε σὺ,
καὶ μιὰρὲ κλ.

Ieiuna est tautologia. Restitue:

ᾠ Β Δ Ε Λ Τ Ρ Ε, καὶ τολμηρὲ —

Sic *Aristoph.* Ran. 465.

ᾠ βδελυρὲ, κἀναΐσχυντε, καὶ τολμηρὲ σὺ,
καὶ μιὰρὲ —

In Avib. 1478. locus est, ut ego puto, corruptus. Ait Chorus:

Τοῦτο μὲν γε ἦρος αἰεὶ
βλαστάνει καὶ συκοφαντεῖ
τοῦ δὲ χειμῶνος πάλιν
τὰς ἀσπίδας φυλλοόροεῖ

Sic quoque *Invernizius* dedit. *Brunk.* in notis pag. 193. „μὲν γε. Sic C. Vulgo posterior particula omiffa cum metri labe. Versus est dimeter trochaicus aut antistrophicus, εἰ γὰρ ἐντύχοι τις ἦρω. Melius forte legeretur vitato hiatu, τοῦτο μὲντ' ἄρ ἦρος αἰεὶ.“ Vide, an legendum sit

Τοῦτο τοῦ μὲν ἦρος αἰεὶ

In iis enim quae sequuntur additur,

τοῦ δὲ χειμῶνος πάλιν,



meaque probata coniecturá, nulla aut difficultas aut obscuritas restare videtur,

"Ἐπηται ἐπι, poëta dixit pro ἐφέπηται. vid. *Salmas.* Sic *Strato*, ex emendatione *Valkenar.* ad *Callimach. fragm.* pag. 6. παρὰ δίφροις — βληθῆν, pro παρὰ βληθῆν δίφροις. Multa alia exempla occurrant. Sic in *Antigoni Carystii* versibus apud *Athenaeum*, Lib. III. pag. 82. B. legendum:

ἤξι μοι ὠραίων πολὺ φίλτερος ἢδ' ἄρι μῆλων
πορφυρέων, Ἐφύρη τάπερ αὐξεται ἠνεμοέσση.

Male in *Athenaeo* ἀριμήλων. *Casaubonus*, pag. 159. „In *Antigoni* versibus scribe — ἢδ' ἄρα, μῆλων, vel ἢδ' ὀριμάλων, aut ὀριμήλων.“ Non observavit verba ἄρι et πορφυρέων coniungenda esse, i. e. ἀριπορφυρέων. Observavimus apud veteres scriptores plurima loca, ubi hac constructione ab imperitis librariis non intellectá, membra non accurate respondent. Periculosum quidem in talibus aliquid mutare, adscribemus tamen aliquot exempla. Suavissimus est *Philetæ Coi* locus apud *Athenaeum* Lib. XV. pag. 678. A. ait *Athenaeus*: Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰάνχων τίνα καλούμενον οἶδα στέφανον ὑπὸ Σικυωνίων, ὡς φησι Τιμαχίδα ἐν ταῖς γλώτταις. Φιλήτας δὲ οὕτως γράφει Ἰάνχα ἐν τῇ Σικυωνίᾳ στεφάνωμα εὐώδες.

Ἔστην' ἀμφὶ κόμεις εὐώδεις ἀγχόθι πατρὸς,
καλὸν ἰκχυαῖον θηκαμένη στέφανον.

Casauboni correctionem κόμεις pro κόμας scribentis, recepit *Brunkius*, et probat *Jacobs* ad *Antholog.* T. I. P. I. pag. 392. *Kayserus*, *Glossam Philetæ* posuit in ἀτάκτοις, pag. 78. versus omisit vero, quos *Athenaeus* poëtae diserte non tribuit, Ni fallor, fuit



versus poëtae incerti, laudati à *Philetá* in Glossis, et *Athenaeus*, totum Grammatici locum et testimonium transtulit. Scripserat forte *Philetas*:

Ἔστηκ', ἀμφι κόμας ΕΥΩΔΕΣΙΝ, ἀγχόθι πατρὸς
καλὸν ἱακχαῖον θηκκμένη στέφανον.

Prope patrem puella adstitit, comisque suaveolentibus imposuit pulchram coronam lacchéam. ἀμφιθέω, ἀμφιτίθημι, circumpono, circumdo. vid. *Hom. Iliad.* κ', 261. Similiter *Auctor Alcmaeonidis* apud *Athenaeum* Lib. XI pag. 460. A. στεφάνους τ' ἐπικραστὶν ΕΘΗΚΑΝ. Ubi minime probare possum opinionem *Casauboni*, Alcmaeonida non carmen, sed solutá oratione conscriptam fuisse historiam. Ἀλκμαιωνίς, poëma erat epicum, Alcmaeonis fata completum, memoratum non semel ab *Apollodoro* et *Strabone*. Versum ex *Alcmaeonide* conservavit *Auctor Etymologici Gudiani MS.* voce Ζαγρεύς. Ait enim: Ζαγρεύς ὁ μεγάλως ἀγρεύων, ὡς

Πόντια γῆ, Ζαγρεῦ τε θεῶν πανυπέρτατε πάντων,
ὃ τὴν Ἀλκμαιονίδα γράψας ἔφη. τινὲς δὲ τὸν Ζαγρέα υἱὸν Ἄδου Φασιν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Σκύφῳ (leg. Σισύφῳ.)

Ζαγρεῖ τε νῦν με καὶ Πολυξένῳ χαίρειν.

Scribitur quidem ab *Etymologo* Ἀλκμαιωνίς, at, cum ubique scriptum Ἀλκμαιωνίς, corrigendus est. Puellae caput coronant. *Rufinus*, in *Anal.* Brunk. T. II. pag. 393.

Πέμπω σοι Ῥοδόκλεια, τόδε στέφος, ἀνθεσι καλοῖς
αὐτὸς ἐν ἡμετέραις πλεξόμενος παλάμαις.
ἔστι κρίνον, ῥοδέη τε κάλυξ, νοτερὴ τ' ἀνεμώνη,
καὶ νάρκισσος ὑγρὸς, καὶ κυκναυγὲς Ἴον.



ταῦτα δὲ στεφασμένη λήξον μέγαν λαυχος εἰσα
ἀνθεῖς καὶ λήγεις καὶ σὺ καὶ ὁ στέφανος.

Vs. 5, erat fort. ταῦτα δὲ δεξαμένη.

In voce ΤΡΙΟΠΕΙΟΣ, deest in marmore voca-
lis primae syllabae, Verissime à *Viscont.* antiqua le-
ctio Ἐρινός cum singulo ν, defenditur. Sic enim ha-
bent et Inscriptiones et Codices antiqui. cnf, *Brunk.*
ad Aeschyl. Sept. Theb. 490. Furiae vindices rerum
à sceleratis commissarum. *Antimachus* in Thebaide
ap. *Athen.* Lib. XI. pag. 465. F. (Fragm. Antimach.
ed. Schellenberg. pag. 78.)

Αὐτὰρ ὁ Διογενὴς ἦρως, ξανθὸς Πολυνεΐκης,
πρῶτα μὲν Οἰδίποδι καλὴν παρέθηκε τράπεζαν
ἀργυρέην Κάδμοιο θεόφρωνος· αὐτὰρ ἔπειτα
χρῦσεον ἔμπλεσεν καλὸν δέπας ἠδέος οἴνου.
αὐτὰρ ὄγ' ὡς ἐφράδη παρακείμενα πατρὸς εἰσὶ
τιμήεντα γέρα, μέγα οἱ κλονὲν ἔμπεσε θυμῷ.
αἴψα δὲ παισὶν εἰσὶ μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπ' ἀράς
ἀργαλέας ἤρατο· (θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐριννῦν)
ὡς οὐχ' οἱ πατρῶά γ' ἐνὶ Φιλότῃτι δάσαντο,
ἀμφοτέροισι δ' αἰεὶ εἶεν πολεμοὶ τε μάχαι τε.

de Antimachi loco, vide Ill. *Heyn.* ad Apollod. pag.
604. fort. vers. 5. pro πατρὸς εἰσὶ, leg. παιδὸς εἰσὶ. —
Innumeri errores in antiquis poëtis ab Athenaeo ex-
citatatis exorti sunt, quia loca non divisim versibus, sed
ita exarata sunt, quasi soluto et pedestri sermone au-
ctores uterentur. Verba praeterea nimis arcte a libra-
riis posita sensum saepissime implicitum reddidère et
perobscurum. Utamur vero hac opportunitate, et il-
lustre exemplum ex *Athenaeo* petatum, cum lectori-
bus communicemus. Laudatur ab *Athenaeo* Lib. XV.
pag. 617. *Hyporchiema*, aut, quod verisimilius est, *Di-*



thyrambus, Pratinæ Phliasii, lyrici celeberrimi, innumeris contaminatus vitiis. Totum carmen ita scribendum puto.

- Τίς ὁ Θόρυβος ὅδε;
 τίνα τάδε τὰ χορευ-
 ματα; τίς ὕβρις ἔμολεν
 ἐπὶ Διονυσιάδα
 5 πολυπάταγαν θυμέλαν;
 ΕΜΟΙ ΕΜΟΙ ὁ Βρόμιος,
 ἐμὲ δεῖ
 κελαδεῖν
 ἐμὲ δεῖ
 10 παταγεῖν
 ἀν' ΟΡΕ' ἐσσόμενον
 μετὰ Ναϊδῶν,
 οἷά τε κύκνον ἄδοντα
 ποιμιλόπτερον μέλος
 15 τῶν αἰοιδῶν
 ΤΕΟΙΣ ΕΦ' ΙΕΡΟΙΣ ΒΑΣΙΛΕΥΤ!
 ὁ δ' ΑΥΛΟΣ ὕστερον χορευέτω.
 καὶ γὰρ ἔσθ' ὑπέρτης κώμων ΜΟΝΟΝ
 πυραμάχοις τε πυγμαχίαισιν
 20 ΝΕΩΝ θεῶν, ΩΣ ΠΑΡΟΙΝΟΥΣ ΠΟΙΟΤΣΑ
 στρατηλάτας.
- * * * * *
- 25 Πᾶν τὸν ΦΡΥΓΙΟΝ ΠΟΙΚΙΛΟΝ προανέχοντα,
 Φλέγε τὸν ὀλοσιαλοκάλαιον,
 λαλοβαρυκαρμελορυθμοβόταν
 ΘΥΠΤΕ ΤΡΥΠΑΝΩ, δέμας πεπλασμένον
 ΑΝΑΙΔΕΙΑ!



ΑΔΩ σοι ΔΕΞΙΑ καὶ ΠΟΛΥ ΔΙΑΦΟΡΑ

Θριαμβοδιθύραμβε κισσοχαίτ' ἄναξ!

30 Ἄκουε τὰν ἐμὴν ΔΩΡΙΑΝ χορείαν.

Nullum credo facile in *Athenaeo* inveniri posse Lyrici fragmentum, quod tam corruptum sit. Eamus per singula. Causam carminis hanc refert *Athenaeus*: Πρατίνας δὲ ὁ Φλιάσιος, αὐλητῶν καὶ χορευτῶν μισθοφόρων κτεχόντων τὰς ὀρχήστρας, ἀγανακτεῖν τινὰς ἐπὶ τῶ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον, ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνάδειν τοῖς αὐληταῖς. ὃν οὖν εἶχε θυμὸν κατὰ τῶν ταῦτα ποιούντων ὁ Πρατίνας ἐμφανίζει διὰ τοῦδε τοῦ Ὑπορχήματος

Τίς ὁ θόρυβος ὅδε κλ.

Initio non abfimilis est sermo Philoctetae ap. *Sophocl.* Philoct. 1262. et incerti poëtae ap. *Dionysf. Halicarn.* de Struct. Orat. pag. 133. Pro τί τάδε τὰ χορεύματα, quod in antiquis Edd. erat, emendatio *H. Stephani*, τίνα τάδε τὰ χορεύματα, valde probatur animo nostro. cns. *Sophocl.* Oed. Col. 200. Antig. 1188. — μολεῖν cum vi positum, sic δράκων ἐδόκησε μολεῖν, *Stesichorus* dixit ap. *Plutarch.* de S. N. V. T. II. Opp. p. 155. A. v. 4. — Διονυσιάδα πολυπάταγα θυμέλαν. Διονυσίασ sc. ἑορτή. In *Scenam Bacchicam*, pedibus percussam à chorum agentibus. Poëta cum Naïadibus sacris Bacchi, in remotis rupibus adesse videtur. Male erat in *Athenaeo* πολυπάταγα θυμέλαν, et in *Aldinâ* ed. πολυπάταγα θυμέλασ. de Thymele vide *Boindinum* dans les *Mémoires de l' Acad. des Inscript.* T. I. p. 186. v. 6. in *Athenaeo* erat:

ἐμὸς ἐμὸς ὁ Βρόμιος.

Mihi vero videtur legendum esse

ἐμει ἐμοι ὁ Βρόμιος.



*Bacchus mihi est, i. e. furore agitor, simile noto ἀμφί μοι ἄναξ, Dithyrambographi, irrisi ab Aristophane, Nub. 590. ubi vid. Schol. Aperte haec transluisse videtur Horatius Lib. II. Od. XX. 2. Fas per-
vicaces sit mihi — Thyadas celebrare. κελადῆν, idem esse ac ὕμνῆν, docet poëta ap. Strabon. Lib. III. pag. 919. B.*

v. 11. in *Athenaeo* est:

Ἄν' ὄρεα ἐσσύμενον
μετὰ Ναϊδῶν.

Scripti ὄρε'. Versus forte sic legendi:

Ἄν' ὄρε' ἐσσύμενον
μετὰ ΜΑΙΝΑΔΩΝ.

Et si Naiades ferri possunt, nam in earum societate et alibi Bacchus esse solet. Vide *Lyrici* locum ap. *Himerium* Orat. IV. §. 10. pag. 470. cnf. *Acron* ad *Horat.* Od. Lib. I. 30. ubi Bacchus, *Naiadum potens* ab *Horatio* dictus.

In v. 13. placet *Casauboni* emendatio, pro ἄγοντα, ἄδοντα scribentis. Monet vir doctus in *Animadv.* pag. 890. „In *Pratinae* *Hyporchemate* legunt et veteres οἷά τε κύκνον ἄγοντα. Opinor pro ἄδοντα. Nam cygni non ἄγουσι μέλος, neque ducunt choreas, sed ἄδουσι, canunt.“ In voce ποικιλόπτερον haereo. *Dalecampius* reddidit „varii modi sunt accinendi.“ Vox ποικιλόπτερος, rara est, in usu de vario pennarum colore. Sic in *Euripid.* *Hippolyt.* 320. Amor dictus ποικιλόπτερος, i. e. *versicoloribus alis*, ut *Virgilius* de amore dixit in *Epigrammate*, *Antholog. Lat.* T. I. pag. 38. De avibus vocem adhibuit *Anacreon* apud *Athen.* Lib. XIII. pag. 599. *Aristophan.* *Nub.* 1420. *Aeschylus* in *Grotii* *Excerpt.*



pag. 55. Omnino tamen carmen, vario modo exornatum, et aptis poëticis imaginibus distinctum, dici potest μέλος ποικιλόπτερον. Certe hoc verbum et celeritatis et ornatus significationem habere debere videtur. *Pindarus Nem. V, 77.*

ποικίλων ἔψαυσας ὕμνων.

Olymp. VI, 143.

- - - - πλέκων

ποικίλον ὕμνον.

In Fragment. n. LXXXVI.

- - - - ποικίλον

κόσμον αὐδάεντα λόγων.

In *Hymnis*, fragm. IX.

Ἵφάινω - - -

ποικίλον ἄνδημα.

Inter recentiores, *Nonnus Dionys. Lib. I, 15.*

- - - ποικίλον ὕμνον ἀράσσω.

Carminibus mellitis Musarum *alae* tributae in hymno Lyrici incerti apud *Athenaeum* Lib. XIV. pag. 633. Γλυκυτάτων πρύτανι ὕμνων, καὶ μέλεα μελιτοπτέρωτα Μουσαῶν. Joco quoque *Antiphanes* Comicus apud eund. Lib. XV. pag. 643. carmina poëtarum nimis turgida, μέλεα vocat ἀερσιπότητα. *Pindarus*, πτερόεντα ὕμνον dixit, *Isthm. V, 80.* Notus quoque *Horatii* locus, *Od. I, 6.*

Scriberis Vario fortis et hostium

Victor Maeonii carminis aliti.

ubi cnf. *Porphyrion.* Avibus quoque apte comparari poëtas, innumeris e poëtarum locis patet. Ista notio avis, terram et depressiora loca volatu superantis egregie convenit poëtae, sive sententias sive verba spectes, sublimiori caeteris. Is etiam, qui celebratus



est carmine, volat per terras, famâ nominis ex carmine, quod ubique canitur. *Theognis*, (in Brunk. *Gnomic.* p. 10.) v. 231.

Κύρνε, καὶ Ἐλλάδα γῆν στρωφόμενος, ἢ ἀνὰ νῆσους,
ἰχθυόεντα περῶν πόντον ἐπ' ἀτρύγετον,
οὐχ' ἴππων νότοιςι ἐφήμενος· ἀλλὰ σε πέμψει
ἀγλαὰ Μουσῶν δῶρα ἰσπεφάνων.

Σοὶ μὲν ἐγὼ πτέρ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἐπ' ἀπείρονα πόντον
πατήσῃ, κατὰ γῆν πᾶσαν ἀειρόμενος
ρήϊδιαις· θοίναις δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσση
ἐν πάτσι, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασι.

Caeterum vide de hac dicendi ratione *Vossii Litter. Mythol. argum.*, T. II. pag. 54. Si quis denique in Pratinâ volet referre illud ποικιλόπτερον ad κύκνον, non me habebit repugnantem. Aves enim ob coloris varietatem ποικίλαι. *Ibycus*, *Athenaei* Lib. IX. p. 388.

- - - πετάλοισιν ἐφ' ἀκροτάτοιςι ξανθοῖσι
ποικίλαι πανέλοπες αἰολόδειραι - - -

Simonides, in Pentathlo, ap. *Aristotel.* de Animal. V, 15. mentionem facit ἀλκυόνος ποικίλαις. *Hesiod.* Ἔργ. 201. ἀηδόνα, ποικιλόδειρον vocat, ad varios colores respiciens. Sic et Latini dicunt *variae volucres*. vid. *Interpp.* ad *Virg.* Aen. IV, 525. et *Wakefield*, ad *Lucret.* I, 590.

v. 15. vexatissimus est, nec sine Codicum ope sanandus. Quocumque modo sive difinixeris sive explicaveris, corruptae voces nullum habebunt sensum. Verba ita leguntur in *Athenaeo*:

Κατεῶς † ἐπιερῆς βασιλεια
οὐδ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.

Valde arrideret *Casauboni* emendatio

Σοῖς ἐπὶ ἱεροῖς βασιλεια.



nisi idem fere remaneret intricatus verborum ordo, mihi que persuasum esset, illud κατεᾶς aliud quid indigitare, nec sine vi ad hanc coniecturam trahi posse.

Heringa, in *Observatt. Critic.* pag. 217. corrigit:

Καὶ γὰρ σὺ, Πιερίς, βασιλεια
ὁ δ' αὐλὸς ὕ. χ.

Censetque *πιερεῖς* natum esse ex *Πιερίς*, quod hic, ut innumeris aliis poëtarum locis, e. g. in *Simmiae* Ovo, *Analect. Brunk.* T. I. pag. 207. Musam notat. Sed frigida est emendatio, praecipue in carmine summo vigore scripto. Meliorne Gallici Interpretis, *Villebrunii*?

Καὶ τεοῖς ἐπὶ ἱεροῖς βασιλεια
Σίγῃ ὁ αὐλὸς - - -

Novi haec explicari posse, sed, nonne contorta est aliquantum oratio? Scribendum puto:

ΤΕΟΙΣ ΕΦ' ἱεροῖς ΒΑΣΙΛΕΥ!

Cum haec tum sequentia melius fluent. Credidi initio *Pratinam* intellexisse *Reginam sacrorum*, antistitam in sacris Bacchi et Cybeles, haec enim dicta est βασιλεια. v. *Hesych.* h. v. *Etym. M. Iungerm.* ad *Pollic.* Lib. VIII, 108. cnf. *Passerii* Disfertat. de Bacchanal. in T. III. *Pict. Vasc. Etrusc.* pag. 12. seq. Sed sacra sunt Bacchi, non τῆς ἱερείας, legendum ergo saltem βασιλεῦ. — Forte et *Cybele* sub nomine reginae latet, si vulgata lectio retinenda est. Venus enim absolute dicta βασιλεια ab *Empedocle* apud *Athen.* Lib. XII. pag. 510. et Minerva à *Colutho*, Rapt. Helen. 89. v. 17. in fine male erat μώνων, veram ex *Aldinâ* restitui lectionem μόνον.

v. 19. monente *Casaubono*, in *Epitom. Athenaei* erat:

Θηρομάχαισι τε πυγμαχίαισι νέων θεία.

G



unde coniicit forsan legendum esse:

Θηρομάχαισί τε π. ν. θ.

Correctio vero minus probatur animo nostro. Ego locum sat obscurum sic intelligo. In antecedentibus usum tibiae in sacris, in computationibus commemoraverat *Pratinas*, nunc de tibiá funestá, in pompá funeris adhibitá, loquitur. Notum porro, Graecos opinionem habuisse, manes defunctorum placari posse certaminibus institutis, pyrâ incensá. vid. *Hom. Iliad. Φ', 26. πυραμάχος, qui ad rogam ardentem pugnat, dicitur, ut όπλομάχος, τειχομάχος, πυργομάχος. vid. Stesichor. ap. Athen. Lib. IV. p. 154. Corruptissimus est versus sequens:*

Ἐων * θέα, εἰς πάροιον ἔμμενα στρατηλάτας.

Si quis haec intelligere aut probare poterit, non invidemus illi hoc acumen. Nos libere hic ignorantiam profiteamur. In Epitome legitur

νέων θέα —

Quid prohibet in corruptissimo loco, et valde audacem coniecturam proponere? Lege:

νέων θεά, ὩΣ ΠΑΡΟΙΝΟΥΣ ΠΟΙΟΥΣΑ
στρατηλάτας.

Considera totius orationis ordinem, videtur ipse sensus talem emendationem postulasse, quamquam minime nego, aliud verbum quam ποιούσα desiderari posse. παροιός est *vinolentiá demens. Photius in Lex. MS. παροιός — μέθυσος. Antiphan. ap. Athen. Lib. X. p. 445.*

Κολχίς ἄνθρωπος ΠΑΡΟΙΝΟΣ —

Scelerias, aut Sciras Tarentinus ap. Stobaeum Serm. XVIII. p. 97. Grot.

- - - - ὅστις ἢ ΠΑΡΟΙΝΟΣ ὦν
ἢ καὶ μεμηνώς - - -



παροίνιος sc. ὄρχησις occurrit in *Athen.* Lib. XIV. p. 629. haec saltatio erat furibunda, inter pocula et faces, Ionibus propria. Mentio saltationis iniecta in versiculo, ut mihi videtur ab *Athenaeo* eodem loco conservato.

Καὶ τὴν ἀγγελικὴν δὲ παροῖνον ἠμρίβουν ὄρχησιν.

Pollux etiam, Lib. IV, 14. de variis saltationis generibus loquens ait: τὸ δὲ Ἴωνικὸν, Ἀρτέμιδι ἀρχοῦντο, Σικελιωτῶν μάλιστα· τὸ δὲ ἀγγελικὸν ἐμιμῆτο σχήματα ἀγγέλων.

Post v. 20. desunt nonnulla, quae stellis notavi. v. 24. ita excitatur:

Πᾶν τὸν Φρυγίον ποικίλου προανέχοντα.

Sine sensu *Dalecampius* redidit „iam ó Bacche rex, Phrynici filium (Pratinam) varii chori praesidem pulsa.“ Iuvat et hic ab aliis Interpp. recedere, nam quod *Villebrunius* proposuit, ΦΡΥΓΑΙΟΥ, ne graecum quidem est. Credo legendum esse:

Πᾶν τὸν ΦΡΥΓΙΟΝ ΠΟΙΚΙΛΟΝ προανέχοντα.

Pulsa ó Bacche Phryga, floridá veste splendentem. Improbatur *Pratinas* tibiae Phrygiae cantum, Doricam infra harmoniam laudans. Phryx est ποικίλος, i. q. πεποικιλμένος, coloribus distinctá veste indutus. Phrygionicam vestem habebant in sacris Bacchi. *Pollux* Lib. VII, 13. τὸ δὲ ΠΟΙΚΙΛΟΝ, Διονύσου χιτῶν, βακχικός. *Hesychius*: ΠΟΙΚΙΛΟΝ — ἱμάτιον ζωγραφητόν. cnf. *Tour.* Emend. in *Suid.* T. II. p. 247. Hinc *Photius* in *Lex. MS.* Ποικίλον, τὸ διονυσιακὸν ἱμάτιον οὕτως λέγουσι. *Aristophan.* *Plut.* 1200.

- - - τὰς χύτρας, αἷς τὸν θεὸν
ἰδρυσόμεθα, λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, Φέρε
σεμνῶς· ἔχουσα δ' ἤλθεσ ἀυτῇ ΠΟΙΚΙΛΑ.



Ubi recte *Scholias* eruditus: ποικίλα ἱμάτια ἔχουσα. *Phylarchus*, apud *Athenaeum* Lib. XII. pag. 521. ἀνδρῶν vocat. cnf. *Plutarch*. *Lycurg*. pag. 157. Talis vestis Baccho dedicata in Epigrammate *Phalaeci* ap. *Athen*. Lib. X. p. 440. *Brunk*. *Analect*. T. I. p. 422.

Χρυσωτὸν κροκόεντα περιζώσασα χιτῶνα
τόνδε Διωνύσω δῶρον ἔδωκε Κλεῶ,
οὕνεκα συμποσίοιτι μετέπρεπεν· ἴσα δὲ πίνειν
οὔτις οἱ ἀνθρώπων ἤρισεν οὐδαμὰ πω.

Scribendum vero primo versu χρυσωτὸν. vid. *Iacobs* in *Animadv*. T. I. P. I. p. 251. Penthei ornatus sub imagine Bacchae, erat χιτῶν ποικίλος, teste *Nonno* *Dionys*. Lib. XLVI. 306. Tragici etiam talem induiebant vestem. vid. *Pollux* Lib. IV, cap. 18. *Clemens Alexandr*. *Paed*. III, 1. In pompā Ithyphallicā, pueri tali modo ornati erant. vid. *Athen*. Lib. V. pag. 200. Praecipue vero qui Cybeles sacra fecerunt, vestem habent floridam. In pulcherrimo fragmento de celebrantibus sacra magnae matris, in *Anthologíá Latiná*, T. I. p. 38. Epigr. LIX. legitur:

*Aurorae ostrinum hic indutus supparum,
Coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit
Luce locum adficiens.*

ubi consule eruditas *Burmanni* notas.

Vs. 24. Male *Athenaeus* habet ὀλοσιαλοκάλαμον. Ex *Eustathio* ad *Iliad*. σ'. pag. 1165, 25. restituendum ὀλοσιαλοκ. sub corruptis, v. 25.

Θυκατροπάνω δέμας πεπλασμένον * νηνιδόνα
latet forte:

ΘΥΠΤΕ ΤΡΥΠΑΝΩι δέμας πεπλασμένον ΑΝΑΙ-
ΔΕΙΑι.



— ἀναΐδεια, pro *infcitiá* et *ignorantiá* nonnumquam ponitur. vid. *Agathon* in *Stob.* Grotii p. 139. Non opus est ut aliis exemplis doceam. v. 26. in *Athenaeo* ita scribitur:

Δε σοι δεξιὰ, καὶ πόλος διάρροφα * *

Nullus error à librariis facilius committi poterat ob sonitus similitudinem. In eandem sententiam et *Vil-lebrunium* incidisse postea observavi. αἶδειν, *canere laudes, celebrare*, Ion *Chius* in *Dithyrambo* ap. *Schol.* Aristoph. Pac. 835.

Ἄοϊον ἀεροφοΐταν

ἀστέρ' αἶδομεν

αἰλίου λευκοπτέρυγα πρόδρομον.

Hic locus forte ex hymno ad stellam matutinam petitus est. cnf. *Tour.* Emend. in *Suid.* T. II. pag. 529. *Bentlej.* Epistol. ad Mill. pag. 617. *Valck.* ad *Theocr.* *Adoniaz.* pag. 318. *Alcman* apud *Achillem* in vitá *Arati.* pag. 273. ed. *Petav.*

Ἐγὼ δὲ αἶσομαι, ἐν Διὸς ἀρχόμενος.

In ultimo versu *Bacchus* dictus *ῥριαμβοδιθύραμβος*. Simili modo *Lyricus* incertus ap. *Dionys.* *Halicarnass.* de *Structura Orat.* pag. 129. exclamat:

Ἰακχε διθύραμβε!

cnf. *Diodor. Sic.* Lib. IV. c. 5. T. I. p. 250. Memorabilis est *Athenaei* locus, Lib. XI. pag. 465. A. in quo de antiquis poëtis haec scribit: ἐν ᾧδαῖς ἔμελλον τὸν Διόνυσον, χορεύοντες καὶ ἀνακαλοῦντες ΕΥΑΝΘΗΙ, καὶ ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΝ, καὶ ΒΑΚΧΕΥΤΑΝ καὶ ΒΡΟΜΙΟΝ. *Auctor Etymologici Gudiani* MS. Διθύραμβος λέγεται καὶ ὁ Διόνυτος, καὶ ὁμώνυμος τῷ θεῷ ὁ εἰς αὐτὸν ὕμνος. *Bacchus* à *Pausaniá*, Lib. I. c. 31. ἄνθιος dictus, respiciente ad *hederæ coronam*, quâ ornatus.



Hinc *floridus* et *florens*. *Catullus* Nupt. Pelei et Thet. 251.

At parte ex aliá florens volitabat Iacchus.

cnf. Ill. Heynius ad *Virgilii Cirin*, 110.

Claudianus, de Rapt. Proserp. Lib. I. 16.

- - - - *lactusque simul procedit Iacchus
crinali florens hederá.*

Respectu coronae, quâ ornata, puella *florida* dicta in *Catulli Epithalamio*:

*Tu fero iuveni in manus
Floridam ipse puellulam
Matris e gremio suae
Dedis, ó Hymenaeae Hymen!
Hymen ó Hymenaeae.*

Valde quoque apposite, poëta incertus in *Anthologiá Latiná*, T. I. pag. 9. illud *κισσοχαίτ'* expressit:

Luteis corymbis hederate coronis.

Conferendus etiam *Cratinus* ap. *Hephaest.* p. 108.

Εὖτε κισσοχαίτ' ἄναξ!

In ultimo versu male legitur in *Athenaeo*, *Δώρειαν χορείαν*. Patet scribendum esse *ΔΩΡΙΚΗΝ χορείαν*, aut saltem *Δωρίαν χ.*

Quoniam semel *Pratinae Phliasii* mentio facta, fragmenta poëtae, quae ad manum mihi sunt, hic à me proferentur. *Pratinam*, fabulas Satyricas primum composuisse memoriae proditum à *Suidá*. Idem narrat *Tzez. Proleg. in Lycophr. Pausanias*, in *Corinth.* T. I. pag. 227. ed. *Facii*. *Scholiastes* denique *vetus* ad *Horatii A. P.* p. 317. ed. *Baf.* Laudat luculentum fragmentum *Athenaeus*, Lib. XIV. pag. 624. quod



animi coniecturá adductus, ad Satyrica dramata *Practinae* referendum esse credo. Πρακτίνας δέ που Φησίον·

Μὴ σύντονον δίωκε μήτ' ἀνειμένην,
 ἰαστί οὔσαν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νέων
 ἄρουραν αἰόλιζε τῷ μέλει - - -

Haec sensu prorsus carent. Alterum versiculum turpe hiantem sic emendavit *Tourius* ad *Suid.* T. II. pag. 479.

Μὴ σύντονον δίωκε μήτ' ἀνειμένην,
 ἰαστί Μοῦσαν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νέω
 ἄρουραν αἰόλυζε τῷ μέλει, Σίμων.

Bene Vir doctus v. 2. corruptum οὔσαν, restituit in Μοῦσαν. Aliud vero quid mutandum aut addendum esse nego. Legendum sine dubio quomodo in *Athenaeo* est, mutato tantum accentu, νεῶν. Est enim νεῶν participium verbi νεᾶν. *Aristophanes Nub.* 1115.

Πρῶτα μὲν γὰρ, ἦν νεᾶν βούλησθ' ἐν ὥρα τοὺς ἀγροὺς,
 ὕσομεν - - -

Sic e Codd. recte edidit *Brunk.*, quem vide in Not. Perperam vulgo legebatur νεοῦν. *Hesych.* νεᾶν, νεάσαι γῆν. Pleniorē inveni Glossam in *Photii Lex. MS.* νεᾶν, οὐ νεοῦν τὴν γῆν. *Εὐπολις Αἰξίν.* — δίωκε, *sectare.* sic verbum adhibuit *Lyricus* incertus apud *Plutarchum*, *Quaest. Convival.* IX. 15. p. 748. A.

- - - καμπύλον μέλος διώκων.

Pindar. Nem. V, 44.

- - - διώκων Φόρμιγγα πλάκτρῳ.

Verbum αἰόλιζειν, bene explicat *Scholias* Theocr. *Id. I,* 56. ubi inter alia: καὶ Ἰεροκλῆς· Μήδ' αἰόλιζε



ταῦτα. τοῦτο δὲ ἔφη δι' ὑπερβολὴν τοῦ κάλλους — ταῦτα γὰρ δύναται τὸ αἰολίζειν. *Plato* in *Cratylo* c. 40. αἰολεῖν et ποικίλλειν idem esse adfirmat, hinc τὸ αἰόλον, ποικίλον reddidit *Apollonius Sophista*, *Lex. Hom.* pag. 61. Hinc et αἰόλον μέλος, idem est ac ποικίλον μέλος, in *Ithyphallico* carmine apud *Athenaenm* Lib. XIV. pag. 622.

Σοὶ Βάκχε τάνδε Μοῦσαν ἀγλαίζομεν
ἀπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες Αἰοῶνι μέλει.

Eodem loco *Athenaeus e Pratinae* carminibus, hunc excitat locum: Πρέπει τοῖς παισὶν αἰοιδᾶν λαβράταις Αἰολίς ἀρμονία. Scripsi αἰοιδᾶν. in *Athen.* erat αἰοιδᾶν. — *Pratinae* ΔΥΜΑΙΝΑΙ ἢ ΚΑΡΥΑΤΙΔΕΣ, laudantur ab *Athenaeo* Lib. IX. pag. 392. F. *Πρατίνας* δὲ ἐν *Δυμάναις* ἢ *Καρίτισιν*, ἀδύφονον ἰδίως καλεῖ τὸν ὄρτυγα, πλὴν εἰ μή τι παρὰ τοῖς *Φλιασίοις* ἢ τοῖς *Λάκωσι Φωνήεντες*, ὡς οἱ *πέρδικες*. Tragoediae nomen in *Athenaeo* corruptum esse, iam *Casaubonus* monuit. Emendavit itaque ἐν *Λακαίνοις* ἢ *Καρυάτισιν*, quem et sequutus *Kuhnus* ad *Pausaniam*, *Lacon.* pag. 311. *I. Meursius* contra, in *Miscellan. Lacon.* Lib. IV. c. 14. p. 306. non tragoe-diam sed comoediam *Pratinae*, *Δυμαῖαι* inscriptam esse memorat. Sed aliud quid agebat *Vir doctissimus. Tourpius* denique, *Emend. in Suid.* T. II. p. 480. sic refingit: *Πρατίνας* ἐν ΔΥΜΑΙΝΑΙΣ ἢ *Καρυάτισιν. Pratinas in Dymaenis aut Caryatidibus.* Laconicae saltatrices *Dymaenae* dictae. Hinc putat nomen *fabulae satyricae* ortum esse. *Stephanus Byzantinus*, *Δυμᾶν. Φῦλον Δωριέων. οἱ οἰκοῦντες Δυμᾶνες· καὶ Δυμανίς τὸ θηλυκὸν καὶ ΔΥΜΑΙΝΑ. Εὐφορίων Χιλιάσι·*

- - - Φιλοπλοκάμοισι Δυμαίνοις.



Vox haec, *Toupio* monente, restituenda etiam *Hesychio*. Δύσμαιναί, αἱ ἐν Σπάρτῃ χωρίτιδες βάνχαι. Ubi legendum, ΔΥΜΑΙΝΑΙ. Huc pertinet quoque sigillum *Ctearchi*, cui virgines insculptae, Caryatides saltantes. *Ctesias* ap. *Plutarchum* in *Artaxerx.* pag. 295. — εἶναι δὲ γλυφὴν ἐν τῇ σφραγιῶδι ΚΑΡΥΑΤΙΔΑΣ ὀρχουμένας. *Pratinae* ΤΠΟΡΧΗΜΑΤΑ, honorifice laudantur à *Plutarcho*, de *Musica*. T. X. p. 659. Reisk. Forte ad *Hyporchemata* locus pertinet excitatus ab *Athenaeo* Lib. XI, pag. 461. et *Eustathio*, sine auctoris nomine ad *Hom. Iliad.* ι'. pag. 1637. 30. edit. Rom. *Athenaei* verba haec sunt: ἀλλὰ μὲν ὁ Πλούταρχος ἔφη κατὰ τὸν Φλιάσιον ποιητὴν Πρατίαν, οὐ γὰρ ἀύλακισμὲν ἀνδρῶν, ἀλλὰ σκύφον μαστεύων κυλιηγορήσων ἔρχομαι. *Casaubonus*, in *Animadv.* pag. 490. emendavit: οὐ γὰρ ἀύλακισμέναις ἐρῶν, ἀλλὰ σ. μ. κ. ε. In *Excerptis Hoeschelianis* scribitur: οὐ γὰρ ἀύλακισμένην ἀλλὰ σκύφον μ. Sed *Epitomator* ut solet more suo, *Pratinae* locum immutavit, praecipuum illius verbum excerpisse contentus. Miror quomodo tot difficultates enasci potuerint è verbis facile emendandis. Scribe: οὐ γὰρ ἀύλακισμέναν ἀνδρῶν, ἀλλὰ σκύφον ματεύων, κυλιηγορήσων ἔρχομαι. *Hesych.* ματεύειν, ζητεῖν. sic et *Schol. Venet.* ad *Iliad.* ξ. p. 334. cnf. *Sophocl.* *Oed. Tyr.* 1171. 1182. *Aeschyl.* *Choëph.* 328. 892. etc. Ultimum quod innotuit mihi fragmentum e *Pratinae* carminibus apud *Athenaeum* latet, Lib. XIV. p. 633.

Λάκων ὁ τέττιξ εὐτυχὸς εἰς χορόν.

verbum εὐτυχὸς non sanum esse iam *Casaubonus* observavit, cum *Excerptis* itaque legendum censet:

Λάκων ὁ τέττιξ εὐτυκὸς εἰς χορόν.

vel εὐτυκός. *Lacon* est *musicus aptus ad choreas*.



Omnino εὐτυχος vel εὐτυχτος est pro εὐτευκτος. Vid. *Homer. Iliad.* γ', 336. ο', 480. *Eustath.* pag. 421. *Etym. M.* pag. 401. *Etym. MS.* εὐτυκτον — καλῶς κατασκευασμένον. Omisso τ, in ultimâ, δ, ἥ, εὐτυχος. *Callimach. Lav. Pallad.* 37.

- - - - καὶ ἂ θεὸς εὐτυχος ἔρπει.

vid. ibi *Interpp.* cnf. *Aeschyl. Suppl.* 981. 1001. et *Cl. Schütz.* ad ll. cc. *Tour.* in *Hesych.* T. III. p. 357. Deest tamen vel sic versui syllaba, quam supplevit *Wakefield*, *Silv. Critic.* T. II. pag. 36.

Δάκων ὁ τέττιξ εὐτυχός ἐστιν εἰς χορόν.

ubi versum erudite illustravit.



ADNOTATIONES

I N

SECUNDAM INSCRIPTIONEM.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ.] Vide quae de *Marcello*, carminis forsitan auctore, in Praefatione monui.

Vs. 1. Δεῦρ' ἴτε Θυβριάδες.] Usitatus erat Θυμβριάδες. Θύμβρις enim Graecis *Tiberis*. *Hesych.* Θύμβρις, ὄνομα ποταμοῦ. *Dionys. Perieget.* 352.

- - - - ἦς διὰ μέσσης

ΘΥΜΒΡΙΣ ἐλισσόμενος ῥόον εἰς ἄλλα βάλλει.

Literam vero μ , multis vocabulis exterere, familiare graecis poëtis. In *Scholiis MSS.* ad *Dionysium*, momente *Viscontio*, legitur Θύβρις, quae lectio genuina, nam et in antiquissimis *Virgilii* Codd. legitur *Thybris*; et Θ Graecorum, valet Romanorum *Th.* *cnf. Cluverii Italia antiq.* pag. 699. — Memorabilis in hanc rem est *H. Stephani* observatio, in *Thef. L. Gr.* T. I. p. 794. Ego, ait, in antiquioribus et fide dignioribus diversorum poetarum scriptis ὄβριμος potius quam ὄμβριμος observasse mihi videor. At immemor optima observationis, in *Aeschyl.* *Agamemn.* 1420. edidit

ἄπολις δ' ἔσθ, μῖσος ὄμβριμος ἀπτοῖς.

et in *Sept.* ad *Theb.* 800.

πέπτωκεν ἀνδρῶν ὄμβρίμων κομπάσματα.

Stephanianam lectionem omnes retinuerunt, ipse novissimus *Aeschyl.* editor *Du Theil, Brunck*, in lo-



co e Sept. ad Theb. petito edidit ὀβρίμων, quam lectionem usurpavit Cl. Schütz, qui tamen in Agamemn. (v. 1422.) conservavit lectionem *Stephanianam*. Idem vitiosum scribendi genus observavi in *Euripide*. In Orest. 1465. legitur, ed. *Musgrau*.

Ἰδῶα μᾶτερ, μᾶτερ

OBPIMA, OBPIMA.

at in Ion. 215.

Τὶ γὰρ, κεραυνὸν ἀμφίπυρον, OMBPIMON.

vid. *Brunk.* ad Eurip. Orest. 1463. In *Quinto Smyrnaeo*, ubi etiam tale vitium latuit, veram lectionem restituit *Tour.* Emend. in Suid. T. III. pag. 253. — Litera μ multos errores effecit in poëtis Graecis euphoniae causâ, ab imperitis librariis posita. In *Euripid.* Alcest. 245. legitur:

Ὅστις ἀρίστης ΑΜΠΛΑΚΩΝ ἀλόχου

τῆσδ', ἀβίωτον

τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει.

Legendum vero deletâ literâ μ, ΑΠΛΑΚΩΝ. vid. *Schol. Sophocl.* Trachin. 120. *Brunk.* ad *Sophocl.* Oed. Tyr. 472. Simili modo in *Euripid.* Iphig. Aul. 124.

Καὶ πῶς Ἀχιλεὺς, λέκτρ' ἀμπλακῶν,

οὐ μέγα Φυσῶν θυμὸν ἐπαίρει

σοί, σῆ τ' ἀλόχῳ;

Legendum est, λέκτρ' ΑΠΛΑΚΩΝ, nam *Marcklandi* emendatio

— λέκτρ' (i. e. κατὰ λέκτρα) ἀμπλακῶν,

dura est, et participio Ionico nullus locus concedendus in Scenâ Atticâ. In *Aeschyli Eumenid.* 935. ac-



curate *Hermannus* edidit ἀπλακήματα, in omnibus enim aliis edd. erat ἀμπλακήματα. Reddenda vox et sana in *Tragici Supplic.* 238. ubi vulgatur:

Κακῆ δικάζει τὰμπλακήματ' ὡς λόγος.

Scribe: τὰπλακήμαθ' —. Nonnunquam et aliae literae, praecipue τὸ λ, additae, contrarium linguae legibus. In *Euripid. Iphig. Aul.* 352. edidit *Musgrave*,

- - - Δαναΐδα δ' ἀφιέναι
ναῦς διήγγελλον, μάτην δὲ μὴ πονεῖν ἐν Αὐλίδι.

Ubi omiffum λ. scribendum enim ναῦς διήγγελλον, sequitur enim εἶχες et παρενάλεις. Imperfectum huius verbi occurrit in *Herc. fur.* 554. *Helen.* 626. nunquam vero, quantum scio, aor. 2. Similis error latet forte in *Iphig. Taur.* 939.

Ταῦτ' ἄρ' ἐπ' ἀκτῶς κἀνθάδ' ἠγγέλης μανείς.

raro aor. 2. passivi in Atticis *Tragicis* invenies. Legendum itaque: ἠγγέλθης. cnf. *Hecub.* 591. 672. *Aeschyl. Choëph.* 739. *Agamemn.* 302. *Euripid. Hecub.* 727. *Orest.* 1529, 1018. *Sophocl. Electr.* 1341. 1462. *Oed. Tyr.* 604. Fere semper aor. 1. à *Tragicis* usurpatum esse, praeter *Etym. M.* pag. 154, 424, 503, 817, 883, monuère, *Pierfonus ad Moerin*, pag. 207. et *Valk. ad Eurip. Phoen.* pag. 306. Literam denique ν multis locis insertam esse, sensumque turbare, dudum notarunt *VV. DD.* cnf. *Wakefield ad Lucret.* III, 927. ubi nonnulla exempla invenies.

Vs. 2. Ῥηγίλλης ἕδος ἀμφὶ θυοσκία ἱρὰ φέρουσαι.] *Regilla*, e nobilissimâ Romanâ familiâ orta, fuit *Herodis Attici* uxor, soror *Braduae*. vid. *Visconti* pag. 76. qui egregie, quae ad *Regillam* spectant, omnia



illustravit. — ἔδος, *sacra effigies, statua.* vide quae monui ad Inscr. I, 19. Pro *simulacro deorum*, ponitur ap. *Dionys. Halicarn.* A. R. Lib. I. p. 38. παραλαβὼν καὶ τὸν πατέρα καὶ τὰ ἔδη τῶν θεῶν. *Appian.* *Mithrid.* pag. 717. τὸ δὲ τῆς Ἀθηναῖς ἔδος, ὃ παλλάδιον καλοῦσι. Vide praeterea de hac voce *Erotianum* et *Thom. Mag. Iungerm.* ad *Polluc.* Lib. I, 7. et *Toupr.* in *Cur. noviss.* in *Suid.* pag. 61. — Saepenumero vox ἔδος pro *statua*, in poëtis. *Aeschylus* in *Niobe*, ap. *Strabon.* Lib. XII. p. 870.

Βερέκυντα χώρον, ἐνθ' Ἀδραστείας ἔδος.

Insignis quoque est *Callimachi* locus apud *Eusebium*, in *Praep. Evang.* Lib. III. 8. emendatus à *Toupio*, in *Emend.* in *Suid.* T. III. p. 93. de *Iunonis statua lignea* apud *Samios*:

Οὐπω Σμίλιδος ἔργον εὖξοον, ἀλλ' ἐπὶ τεθροῦ

Δηναίου γλυφάνω ἄξοος ἦσθα σανίς.

ᾧδε γὰρ ἰδρύνοντο θεοὺς τότε· καὶ γὰρ Ἀθήνης

ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λαῶν ἔθηκεν ἔδος.

Lapides antiquissimis temporibus pro *statuis* honore positi. *Euripides*, *Antiope*:

- - - ἐνδον δὲ θαλάμοις βουκόλον

κοσμοῦντα κισσῶ στύλον Εὐφου θεοῦ.

Simili modo *Auctor Phoronidis*, ap. *Clem. Alex.* *Strom.* Lib. I. pag. 418.

Καλλιθόη κλειδοῦχος Ὀλυμπιάδος βασιλείης

ἥρης Ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυάνοισι

πρώτη ἐκόσμησεν περὶ κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

Dixi supra vocem ἔδος *templum* saepenumero significare et *monumentum*. Tali significatione verbum credo reddendum esse fragmento corruptissimo, desum-



pto e *Pythonis Catanensis*, (aut *Alexandri Magni*) fabulâ Satyricâ, *Agenis* inscriptâ, ap. *Athen.* Lib. XIII. p. 595. F. Versus poëtae partim cum solutâ oratione misti, ita se habent: "Ἔστιν δ' ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυκεν, ὁ δὲ ἐφέτωμα * ὄρνον ἐξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε

πόρνης ὁ κλεινὸς λαὸν, ὃν δὴ Παλλίδης
 τεύξας, κατέγνω διὰ τὸ πρᾶγμ' αὐτοῦ Φυγῆν,
 ἔνταῦθα δὲ τῶν βαρβάρων τινὲς μάγοι
 ὄρῶντες αὐτὸν παγκάλως διακείμενον,
 ἔπεισαν ὡς ἀξιοῦσι τὴν ψυχὴν ἄνω
 τὴν πυθιονίης - - - -

Totum locum depravatam, in hunc fere modum emendari posse existimo:

"Ἔστιν δ' ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυχ' ἘΔΟΣ
 ἘΠΙΧΩΜΑ Δ' ὈΡΝΟΝ, ἐξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε
 πόρνης ὁ κλεινὸς λαὸς, ὃν δὴ Παλλίδης
 τεύξας, κατέγνω διὰ τὸ πρᾶγμ' αὐτοῦ Φυγῆν.
 ἔνταῦθα ΜΕΝ τῶν βαρβάρων τινὲς Μάγοι
 ὄρῶντες αὐτὸν παγκάλως διακείμενον,
 ἔπεισαν, ὡς ἀξιοῦσι τὴν ψυχὴν ἄνω
 τὴν Πυθιονίης - - - -

*Hic quidem, ubi arundo nascitur, monumentum
 tumulus desertus est. Ex sinistrâ vero parte
 meretricis superbum templum, quod Harpalus
 aedificavit; paravitque sibi fugam ob hanc rem.
 Hic autem, Barbarorum quidam Magi,
 videntes templi situm praeclarum,
 dixeré, se subvecturos animam Pythionices
 in sedes supernas - - - -*

In Fabulâ Satyricâ *Agenis* inscriptâ, tractata erat



historia *Harpali* et *Pythionices*. Ex pluribus enim quam ducentis talentis Harpalus, immensa duo monumenta in Pythionices exegit sempiternam memoriam. Pythionices historiam suavissime exposuit summus Criticorum, *Jacobs*, in *Wielandii* Museo Attico, T. II. sect. 3. pag. 178. Ibi acumen, doctrinam reconditam, poëticamque facultatem admirandi, iucundam occasionem saepe nobis datam esse recordamur. Emendavit quoque fragmentum laudatum, at quia in nonnullis aliter sentimus, adferamus sententias viri doctissimi, libereque nostram addemus opinionem. Acutam v. 1. recepi *Jacobsii* emendationem, πέφυχ'. at pro ἔλος, quae coniectura ingeniosa, scribendum mihi videtur ἔδος. Praeterea vox ἔλος, quae arundinosam regionem indigitat, (vid. *Angares* ap. *Athen.* Lib. XIV. pag. 633.) superflua est, quia iam praecesserat, ὅπου ὁ κάλαμος πέφυχ'. Credidit Vir doctissimus, templum Pythionices in calamis positum esse, talem enim habuit Venus apud Milesios. vid. *Theocrit.* Id. XXIX, 4. v. 2. ita scribit V. D.

ἐνθ' αἰέτωμα, κῆξ ἀριστερᾶς ὁδοῦ.

Erudite quidem posuit αἰέτωμα, at ἐπίχωμα propius ad literarum ductus accedere videtur, et ad ipsam rem iucundissime. Vocem ὄρνον e Glossā ortam putat, quā ὄροφος scriptum erat. At ὄρνος i. q. ὄρφνός aut ὄρφανός. ἐπίχωμα ὄρνον, reddo, *tumulum desertum*. vid. *Phavorinum* h. v. δ' ὅδε mutaverat doctissimus Criticus in ὁδοῦ. Sed lectio in *Athenaeo* recte se habet et servanda. *Sophocles* *Electr.* 6.

αὕτη δ', Ὀρέστα, τοῦ λυκοτόνου θεοῦ
ἀγορὰ Λύκειος. ὄξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε,
Ἥρας ὁ κλεινὸς ναός.



v. 3. male erat in *Athenaeo* λαῖς, quod iam a *Casaubono* observatum. Cur *Harpalus* Παλλίδης dictus, narrat *Athenaeus*. In v. 6. vir doctissimus pro παγκάλως scribit παγκάως. Non tamen mihi persuadere possum hanc lectionem à poëta profectam esse. Sermo, ut mihi videtur de superbo situ monumenti, minime de *Harpalo*, certe sensus, et verbum illud διακείμενον, quod de aedificio bene dici potest, hoc indigitare videtur. v. 5. male vulgatur ἀξιοῦσι. patet scribendum esse ἄξουσι —.

In poëtae vf. 2. Lapis et *Arcudius* θυσοκόα. Vitiosa est *Salmasiana* lectio θυσοκόον.

Vs. 3. 4.

Ἡ δὲ πολυτεάνων μὲν ἔην ἐξ Αἰνεαδάων,
Ἄγχισεω κλυτὸν αἶμα καὶ Ἰδαίης Ἀφροδίτης.]

Nobilissimam facit *Regillam* inscriptionis auctor, et ad Aeneam et Anchisem gentis originem refert. *cnf. Visconti.*

Vs. 5.

γῆματο δ' ἐς Μαραθῶνα. - - -]

Nupsit *Regilla Herodi Attico*, qui *Marathonius* erat. *Marathon*, notus *Atticae* pagus, unde fuit *Herodés*. Ibi immensas opes possidens, vitam exegit, ibidemque sepeliri voluit. vid. *Philostratum* in *Herode*, c. 12. *Gellium* Lib. I. 2. Conservavit *Philostratus* Epigramma ipsius sepulcro inscriptum: *Brunk. Analect. T. III. pag. 272.*

Ἀττικοῦ Ἡρώδης Μαραθῶνιος, οὗ τάδε πάντα
κεῖται τῷδε τάφῳ, πάντοθεν εὐδόκιμος.

Dictus quoque *Herodes, Marathonius*, in Inscriptio-

H



ne Athenis repertá, editáque à *Sponio*, Itin. T. II. pag. 482. cnf. *Viscont.* ad h. l.

Vs. 6.

- - - Θεὰ δέ μιν οὐρανώωναι
τίουσιν, Δηώ τε νέη, Δηώ τε παλαιή.]

Ex *Salmasii* sententiá, duae hic proponuntur Ceres, nova et antiqua. Cererem intelligit matrem, et filiam Proserpinam, Cererem novam, iuniorem à poëtá vocatam. At à viro docto minime observatum, haec reliquis non convenire. *Spanhemius*, ad *Callimach.* Hymn. in Cerer. 133. sub nová Cerere, *Sabinam* imperatoris Hadriani uxorem intelligit. At haec nullá temporis ratione habitá, scripsit Vir doctus. Sine dubio intelligenda est *Faustina*; cui sententiae magnam vim e versu 48 conciliavit *Viscontius*. Ibi legitur:

Τοῦτο δὲ Φαυστίνῃ κεχαρισμένον ἦσται ἄγαλμα.

Hinc quoque patet, *Faustinam iuniorem*, Cererem novam dictam esse. Ex V. Cl. *Eichstaedtii* censurá, pag. 489. intellexi, opinionem hanc, *Faustinam* sub *Cereris* nomine latere, iam *Arnaldum* habuisse, in libello *de diis παρέδροις*. cap. XXII. pag. 144. aliamque falsam exstare, in *Maffei* Art. Critic. lapid. III, 1. pag. 143. Deae dictae οὐρανώωναι, coelestes, quod idem est ac οὐράνια, in *Tragico incerto* ap. *Stobaeum* *Grotii* pag. 133. οὐρανίων solet esse epitheton deorum, in *Homero*. vid. *Iliad.* α, 570. ε', 373. ρ', 195. φ', 275. 509. οὐρανώωνη, nunquam, quantum scio, in alio poëta occurrit.

Vs. 8. ἀγκειται.] Optime *Marcellus* adhibuit verbum ἀνακειῖσθαι, quod Grammaticorum veterum au-



ctoritate, de dedicatione alicuius rei, maxime *statuae*, dicitur. *Athenaeus*, Lib. I. pag. 23. C. Ἀνακειῖσθαι δὲ φαμέν, ἐπὶ ἀνδριάντος. ὅθεν τοὺς ἐπὶ κατακειμένων χρωμένους τῇ λέξει, διέσυρον. *Theocritus*, Id. X, 32. ex emendatione *Tourii* in *Animadv.* p. 395.

Ἄψθε μοι ἦσ' ὅσα Κροῖσόν ποκα Φαντὶ πεπᾶσθαι,
χρῦσοι ἀμφότεροι κ' ΑΝΑΚΕΙΜΕΘΑ τᾷ Ἀφροδίτᾳ.

Auctor incertus Epigrammatis adservati in Bibliotheca Cardin. *Zeladae*, in *Analect. Brunh.* T. III. n. CLXIII.

Ἄλσος μὲν Μούσαις ἱερὸν λέγε τοῦτ' ΑΝΑΚΕΙΣΘΑΙ
τὰς βίβλους δείξας, τὰς παρὰ τοῖς πλατάνοις.

Ibid.

- - - μεθ' ἡρώνησι νένασται
ἐν μακάρων νήσοισιν —.]

Atticum est ἡρώνηαι pro ἡρώνηαι. Sic infra v. 55.

Οὐδέ μιν ἡρώνησι παλαιῆσιν μεδέουσα.

Aristoph. *Nub.* 315.

αἱ φθρεγᾶμεναι τοῦτο τὸ σεμνὸν μῶν ἡρώνηαι τινες εἰσίν;

Ubi *Scholias*tes: Ἀττικὴ ἡ σύνταξις τὸ ἡρώνηαι, ὡς ἡίθεοι, ἡίθεοι —. Κατὰ δὲ τὸ ἀρχαῖον καὶ σύνηθες αὐτῶ, ἐνθάδε τρισυλλάβως προήνεγκε τὸ ἡρώνηαι. Nil altius haerebat mentibus antiquorum, quam animas scelerum puras in beatas sedes migrare. Testimonia veterum à viris doctis passim collecta. In elegantissimo *Pauli Aemilii* epigrammate, apud *Gorium*, *Inscriptt. Etrusc.* T. II. p. 219. invenies:

καὶ ναίεις μακάρων νήσους θαλίῃ ἐπὶ πολλῇ,
ἐνθα κατ' Ἠλυσίων πεδίων σκιρτῶσα γέγηθας
ἀνθεσιν ἐν μαλακοῖσιν, κακῶν ἔκτοσθεν ἀπάντων.



Desidero hoc loco doctrinam *Salmasii*, scribentis: *Saturnum in beatis insulis regnare, hic fecit, quod nescio an alibi temere invenies.* Cui non notus *Pindari* locus Ol. II, 122. quem integrum transferre liceat:

Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρις
ἐκατέρωθι μείναντες
ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς
ὄδον παρὰ Κρόνου τύρ-
σιν· ἔνθα μακάρων
ναῖσον ὠκεανίδες
αὔραυ περιπνέουσιν· ἄν-
θεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
τὰ μὲν χερσόθεν, ἀπ' ἀ-
γλαῶν δενδρέων,
ἕδωρ δ' ἄλλα φέρβει·
ὄρμοισι τῶν χέρας ἀνα-
πλέκοντι καὶ στεφάνοις.
βουλαῖς ἐν ὄρθαῖς Ῥαδαμάνθυος.
ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνον ἔτοι-
μον αὐτῷ πάρεδρον
πόσις ὁ πάντων Ῥέας
ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.

Reperit *Visconti* aliam quoque auctoritatem in picturis sepulcri *Nafonum* Tab. VIII., vbi anima à *Mercurio* ad *Saturnum* sedentem adducitur. — Similitudine aliquá argumenti admoniti, addamus coniecturam de *Suidae* loco. Memorat *Grammaticus* arcem *Thebarum* in *Boeotiá* sitarum, vocatam esse *Insulam beatorum*. v. *Μακάρων νῆσοι*. — ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν *Βοιωτία* *Θηβῶν* τὸ παλαιόν, ὡς *Παρμενίδης*. Nihil hic ob-



servarunt Viri docti. At in *Photii Lexico MS.* iisdem fere verbis haec inveni: Μακάρων νῆσοι. ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θεβῶν, τὸ παλαιόν, ὡς Ἀρμενίδας. Ex his apparet, in *Suidá*, Photii auctoritate Ἀρμενίδας, pro Παρμενίδης legendum esse. Fuit enim *Armenidas* scriptor de Rebus Thebanis; hoc intelliges e loco *Scholiasiae*, *Apollonii Rhod.* Lib. I, 551. ΑΘΗΝΑΙΗΣ ΙΤΩΝΙΔΟΣ, γράφεται καὶ Τριτωνίδος Ἰτωνίας δὲ Ἀθηνᾶς ἐστὶν ἱερὸν ἐν Κορωνεῖᾳ τῆς Βοιωτίας. . . . Ἀρμενίδας δὲ, ἐν τοῖς Θεβαῖκοῖς, Ἀμφικτυόνος υἱὸν Ἰτωνῶν ἐν Θεσσαλίᾳ γεννηθῆναι (Φησί), ἀφ' οὗ Ἰτων πόλις καὶ Ἰτωνίς Ἀθηνᾶ. *Armenidae* nomen restituendum alio loco *Scholiorum* in *Apollon.* *Rhod.* Lib. I. 741. Ibi de origine Thebarum mentione iniectá, haec leguntur: ὅτι δὲ ἠκολούθησαν τῇ Ἀμφίονος λύρα, οἱ λίθοι αὐτόματοι, ἱστορεῖ καὶ ANTIMENIDAE ἐν πρώτῳ. τὴν δὲ λύραν δοθῆναι Ἀμφίονι ὑπὸ Μουσῶν Φησί. Scribe: Ἀρμενίδας.

Syllabam ἐν pro ἐμ, in voce ἐμβασιλεύει, accurate dedit *Arcudius*. Talia occurrunt plura in *Codd. MSS.* et antiquis *Inscriptt.* Sic centies ΤΤΝΒΟΣ pro ΤΤΜΒΟΣ incisum invenies. Magná laude dignum est *Viscontii* ingenium, qui in notis ad h. l. emendavit epigramma in *Analect. Brunck.* T. III. adesp. DCCXVIII. Edidit enim *Brunkius*:

Τίς μου τὴν Σειρῆν' ἄνακτον κακὸς ἤρπασε δαίμων;
τίς μου τὴν γλυκερὴν ἤρπασ' ἀηδονίδα;
νυκτὶ μὴ ψυχραῖσιν ἄφαρ σταγόνεσσι λυθεῖσα
ᾠλεο Μοῦσ', ἐτάκη δ' ἔμματ' ἐκεῖνα σέο,
καὶ στόμα πέφρακται τὸ χρύσεον· οὐδὲν ἔτ' ἐν σοι
. λείψανον οὐκ εἶδους, οὐ σοφίης πέλεται.



ἔρρετε μέρμηραι θυμαλγέες. ἄμμοροι ἐσθλῆς
ἐλπίδος ἄνθρωποι· πάντα δ' ἄδηλα Τύχης.

Versu primo in lapide invenit *Visconti*:

Τίς μου τὴν ΣΕΙΡΗΝΑ ΚΑΚΟΣ ΚΑΚΟΣ ἤρ-
πασε δαίμων.

Elegantissima lectio! tantum abest, ut auribus meis molesta sit repetitio verborum κακός, ut potius existimem, diligenter haec verba à poëta posita esse, ne funestam cladem celeriter currentibus et remissioribus numeris caneret, sed ut languidâ aliquantum sensibus oratione fata luctuosa deploraret. cnf. *Burmann*. ad *Antholog. Lat. T. II. pag. 98. Versum 6.* ita lapis exhibet:

λείψανον οὐ ΚΑΛΟΤΣ, οὐ σοφίης πέλεται.

Ubi additâ literâ λ, legendum; οὐ ΚΑΛΛΟΤΣ, pro quo *Brunkius* exhibuit οὐκ εἶδους. Sexcenta equidem, nimia literarum arctatione corrupta loca adferre possum. Expromam pauca. In *Athenaeo*, Lib. XIV. pag. 697., *Scolion* legitur venustissimum, editum quoque à *Brunkio*, in *Analect. T. I. pag. 154.* et *Ilgen*, in *Scolis pag. 31.*

Ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον
εἴ τις δύναιτο καὶ παλάμην ἔχει
ἐπεὶ δὲ κ' ἐν πόντῳ γένηται
τῷ παρέοντι τρέχειν ἀνάγκη.

Putat *Jacobs* in *Animadv. ad Anthol. T. I. P. I. p. 294.* (cnf. *Addend. ad Ilgenii Scol. pag. 256.*) post ἐκ γᾶς omissum esse vocabulum, quod versum expleuerit, ut esset *Alcaicus*. At nihil deesse puto. Est enim primus versiculus *Glyconicus, Antispasticus dimeter Acalecticus*, qualis ille *Simonidis ap. Plutarchum*, in *Consol. ad Apollon. T. I. pag. 297. ed. Wyttenbach.*



Ἄπρακτοι δὲ μεληδόνες.

et notus *Horatii*, Lib. I. Od. III, 1.

Sic te diva potens Cypri.

Miror vero, neminem quantum scio, animadvertisse, versum tertium vitio laborare. Credo Scolion sic scribendum et distinguendum esse:

Ἐκ γῆς χρῆ κατιδεῖν πλόου
 εἴτις δύναιτο, καὶ παλάμην ἔχοι·
 ἐπεὶ Δ' AN EMΠOPOC γένηται,
 τῷ παρέοντι τρέχειν ἀνάγκη.

Sensus est: *Oportet nautam e terrâ agitatum videre mare, an rei nauticae habeat cognitionem.* (εἰ παλάμην ἔχοι.) *Si vero mercator factus, deprehensus in mari tempestate, omnibus viribus allaborandum, ut vento recte uteretur.* παλάμη, ratio est, quâ quid efficitur, i. q. δύναμις. Certe sic saepius usurpatur à *Pindaro*, v. c. Olymp. IX, 38. X, 25. Pyth. I, 85. Nem. X, 121. etc. Versu tertio, *spondeus*, Lyricâ omnino defendi potest auctoritate. Video his scriptis *Wakefieldium*, in *Silvâ Criticâ*, T. IV. pag. 63. conjecisse v. 4.

Τῷ ΦΟΡΕΟΝΤΙ τρέχειν ΑΗΤΗΙ,

aut,

ΤΗΙ ΦΟΡΕΟΥΣΗΙ τρέχειν ΑΜ ΑΤΡΑΙ.

Sed hoc nimis à literarum ductibus recedit. Ob falsam scribendi methodum, vitiose se habet *Mesomedis* locus in *Brunkii Analect.* T. II. pag. 292. *Antholog.* *Jacobs* T. III. pag. 6.

λήθουσα δὲ πὰρ πόδα βάλνεις,
 γαυρούμενον αὐχένα κλίνεις,
 ὑπὸ πῆχυν αἰεὶ βίοτον μετρέεις,
 νεύεις δ' ὑπὸ κόλπον αἰεὶ κάτω ὄφρυν,
 ζυγὸν μετὰ χεῖρα κρατοῦσα.



Versu 4. hiatus est, qui cum unicus sit toto hymno, Dactylicis numeris eleganter condito, omnino tollendus. Procul dubio fuit in *Mesomede*:

νεύεις δ' ὑπὸ κόλπον αἰεὶ κάτω
ὄφρυν, ΖΥΓΑ ΧΕΙΡΙ κρατοῦσα.

Quam bene nunc numeri utriusque versus sententiae conveniunt. Vox caeterum ὄφρυν mihi suspecta est, et sine ullo sententiae damno tollenda. Tum esset:

νεύεις δ' ὑπὸ κόλπον αἰεὶ κάτω
ζυγὸν μετὰ χεῖρα κρατοῦσα.

Conferendus cum *Mesomede*, *Apollonii Rhodii* locus, Lib. II, 685.

- - - οὐδέ τις ἔτλη
ἀντίον ἀυγάσασθαι ἐς ὄμματα καλὰ θεοῖο,
στὰν δὲ ΚΑΤΩ ΝΕΥΣΑΝΤΕΣ ἐπὶ χθονός.

Sed quid vetat unum alterumque locum poëtarum hic emendare, ubi vera lectio in falsam librariorum incitiã degeneravit? Suavissimus est *Lycophronidis* locus apud *Athenaeum*, Lib. XV. pag. 670., quem, cum vitiosus sit, male intellectum esse, quid mirum? "Ὁθεν Λυκοφρονίδης, αἰτ, τὸν ἐρῶντα ἐκείνον ἀπόλον ἐποίησε λέγοντα, τόδε ἀνατίθημί σοι ῥόδον καλὸν νόημα, καὶ πέδιλα καὶ κυνέην καὶ τὴν θηροφόνον λογχίδα, ἐπεὶ μοι νόος ἄλλη κέχυται, ἐπὶ τὰν χάρισι φίλαν παῖδα καὶ καλάν. *Casaubonus*, quod in *Aldinã* et *Basileensi* editione fuit, καλὸν νόημα, in καλὸν ΑΝΘΗΜΑ mutare studet; idem profert aliam coniecturam, τὸ ῥόδον καλὸν τόδ', ἐμὰ τε πέδιλα. Displicent haec eruditissimo *Jacobσιο*, qui in *Animadv. ad Auct. Vet.* pag. 317. haec scribit: „Mihi olim in mentem venit: ῥόδον ΧΑΡΙΤΩΝ μέλημα, ut *Anacreon* Od. V. ῥόδον ἔαρος μέλημα. Od. LIII. χάρισίν τ' ἄγαλμ' ἐν ὤραις — τόδε καὶ μέλημα μύθοις.



et XXXVIII. Ἰδε πῶς ἕαρος Φανέντος χάριτες ῥόδα βρύου-
σιν. Fortasse tamen verius, quod et à vulgatae scrip-
turae ductibus proxime abest, et reliquis donis opti-
me convenit; ῥόδον καλὸν ἘΙΜΑ καὶ πέδιλα.“ Equi-
dem, ut libere meam de hac coniecturâ sententiam
dicam, nil malim, quam ut ea Codicis alicuius aucto-
ritate confirmetur, est enim ingeniosissima, et pul-
chrum sensum efficit. Venit tamen mihi in mentem,
dum meliora dabunt acutiores, coniiicere; καλὸν
ΦΟΡΗΜΑ, et totum locum sic scribere:

Τὸδ' ἀνατίθην σοι ῥόδον
καλὸν ΦΟΡΗΜΑ,
καὶ πέδιλα, καὶ κυνέην,
καὶ τὴν θηροφόνον ΛΟΓΧΙΑ, ἐπεὶ μοι νόος
ἄλλη κέχυται,
ἐπὶ τὰν Χάρισι Φίλων παῖδα καὶ καλάν.

*Rosam hanc tibi depono,
Eximium ornamentum,
et calceos et galeam,
hastamque feris neciferam, quoniam mens
mea alia volutat,
atque in puellam Gratiis amicam et formo-
sam conversa est.*

Melleos Graecos versiculos vix exprimere potest lin-
gua latina. Quamquam haud multum à vero emen-
datio mea abesse videtur, tamen aliam quoque pro-
ponere liceat, Fuit forte:

Τὸδ' ἀνατίθην σοι ῥόδον
ΚΑΛΑ τε ΣΕΛΙΝΑ.

Non semel à poëtis coronae rosaceae et apianae con-
iunctae. Memorabilis est locus, e carmine *Anthema*



dicto, ap. *Athen.* Lib. XIV. pag. 629. qui sic numeris reddendus:

Ποῦ μοι τὰ ἴα; ποῦ μοι τὰ ῥόδα; ποῦ μοι τὰ καλὰ
σέλινα;

ποῦ μοι ταῖ τὰ ἴα; ταῖ τὰ ῥόδα; ταῖ τὰ σέλινα;

Versus sunt *symplecti*. Caeterum cum *Lycophronide* comparandus locus *Hedyles* poëtriae, è carmine *Scylla* inscripto ap. *Athenaeum* Lib. VII. pag. 297. Locum correctius scriptum subiiciam:

Ἡ κόγχου δώρημα φέροντ' ἐρυθρᾶς ἀπὸ πέτρης,
ἢ τοὺς ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγους,
τῇ νύμφῃ ΔΥΣΠΕΙΣΤΩ: ἀθύρματα· δάκρυ δ'
ἐκείνου

καὶ Σειρὴν γείτων παρθένος οἰκτίσατο.

ἀκτὴν γὰρ κείνην ἀπενήχετο, καὶ τὰ σύνεγγυς

Αἴτης * * * *

Sermo est de Glauco, qui cum Scyllam amaret, in illius antrum ingressus est, dona ferens. Versu 3. male erat: τῇ νύμφῃ δύσπιστος; nec recte *Casaubonus* rescribebat, *δυσπίστῳ*. Legendum enim *δυσπέιστῳ*. Etenim *δυσπίστος*, est is, cui *difficulter fides haberi potest*, *δυσπέιστος* vero, qui *difficulter sibi aliquid persuaderi patitur*. V. Cl. *Jacobs*, ad *Anthol.* T. I. P. II. pag. 248. versum 2. ita scribit:

τῇ νύμφῃ δύστηνος ἀθύρματα - - -

admodum eleganter! Idem pro ἀκτὴν γὰρ κείνην, fuisse suspicatur:

- - - ἀκτὴν γὰρ Σικελὴν παρενήχετο.

At haec emendatio splendida magis quam necessaria, nil enim locus habet, quod quemquam offendere possit. Quid sit ἐρυθρὰ πέτρα, nescio. Forfan sunt laxa in mari, quae rubrum colorem à conchis ad-



haerentibus ducunt. Recordor similem locum in *Virgilii Cir.* 103.

Purpureis late videntia litora conchis.

Memorat quoque *concham*, ob colorem *purpuream*, auctor *Mimorum* apud *Gellium*, Lib. XV. pag. 327. *Halcyones Nymphis* erant dilectae. *Theocrit.* Idyll. VII, 57.

Χάλκυνες στορεσεῦντι τὰ κύματα, τὰν τε θάλασσαν
τὰν τε Νότον, τὸν τ' Εὐρον, ὃς ἔσχατα Φυκία κινεῖ.
ἀλκυόνες, γλαυκαῖς Νηρηΐσι τὰ τὰ μάλιστα
ὄρνιθων ἐφίλαθεν, ὅσαισί περ ἐξ ἀλὸς ἄγρα.

Cum *Hedyles* loco convenit pulcherrimum *Callimachi* Epigramma, quod vitiis innumeris contaminatum, servavit *Athenaeus* Lib. VII. pag. 318. Felicissime res successisse videtur *Jacobso*, in restituendo epigrammate; temperare tamen mihi nequeo, quin totum locum adponam, ut in singulis locis emendatius legatur:

Κόγχος ἐγὼ, Ζεφυρίτι, καλαίτερον· ἀλλὰ σὺ νῦν με
Κύπρι, Σεληναίης ἄνθεμα πρῶτον ἔχεις,
ναυτίλον. ὃς πελάγεσσιν ἐπέπλεον, εἰ μὲν αἴηται
τείνας οἰκείων λαῖφος ἀπὸ προτόνων.
εἰ δὲ γαληναίη λιπαρὴ, θεόν αὐτὰς ἐρέσσω
πασσιν ἀεὶ, ὡς καὶ τοῦνομα συμφέρεται.
ἐκ τ' ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδος, ὄφρα γένωμαι
σοὶ τι περίσκεπτον παίγνιον, Ἄρσινόη.
μήδ' ἐμοὶ ἐν θαλάμησιν ἔθ', ὡς πάρος (εἰμὶ γὰρ ἄπνους)
ΤΙΚΤΟΙΤ ΑΙΝΟΤΕΡΗ, ὦρον ἀλκυονίδος.
Κλεινίου ἀλλὰ θυγατρὶ δίδου χάριν· οἶδε γὰρ ἐσθλά
ρέζειν, καὶ Σμύρνης ἐστὶν ἀπ' Αἰολίδος.

De versu 9. haec monet doctissimus Interpres ad *Antholog.* T. II. P. I. pag. 285. „Verba ἐν θαλάμησιν, de



templi penetralibus acceperim, ubi nautilus periculorum, quae mare habet, securus iacebat. Dioscurorum *Θαλάμας* memorat *Eustath.* ad *Iliad.* pag. 906. *Rheae Θαλάμα* celeberrimae. vid. *Schneid.* ad *Nicandr. Alex.* pag. 78. Totum autem distichon in hunc modum disinxerim et emendaverim:

μήδ' ἐμοί. ἐν Θαλάμησιν, ἔσ', ὡς πάρος, εἶμι γὰρ ἄκνους,
τηρεῖται γοερῆς ὤρον ἀλκυόνος.

Quum hic, in *Arginoës* templo jaceam, vitâ privatus, non amplius, ut olim feci, *Halcyonis*, luctuosae avis ova, i. e. nidificationem observo. In his saltem γοερῆς ἀλκυόνος, verum puto. Non omnino in suam sententiam nos perduxit vir doctissimus. *Θαλάμα* quidem *Dioscurorum* etiam à *Photio* memorantur in *Lex. MS.* *Θαλάμα, καταδύσεις. Θαλάμα δὲ τόπος ἱερὸς τῶν Διοσκούρων.* At hoc loco *Θαλάμα*, non penetralia templi, sed cubilia piscium, inter saxa ad maris littus significare videntur. Sic ab *Homero*, cubile polypodis *Θαλάμη* dictum, *Od. ε'. 432.*

Ὡς δ' ὅτε πουλόποδος, Θαλάμης ἐξελκομένοιο.

Apollonius Sophista, vocem *Θαλάμη* per κατάδυσιν explicat, i. e. foveam. v. 10. in *Athenaeo* erat τίπτει δ' αἰνοτέρης ὤρον ἀλκυόνης. Nescio an recte verba restituerim. *Alcyones* in aquâ nidulantur, sub desertis e mari prominentibus rupibus, ubi concharum cubilia. vid. *Varro* ap. *Gellium* Lib. III. 10. Dicta est αἰνοτέρη, *Alcyon*, aut quia edit nautilus, (nam conchas et caneros cibum esse *Alcyonis* res nota, unde et species aliqua à Franco-Gallis dicta, *Martin Pécheur Crabier*, vid. *Buffon Hist. Natur.* T. XIII. pag. 269.) aut, si privata est pullis, hos non curare videtur, et



dura, i. e. ἀνοτέρη est. Cnf. *Valmont de Bomare Dictionnaire d'Histoire Naturelle*. T. IV. p. 67.

Sed ad *Lycophronidem* revertamur. Aliud huius poëtae fragmentum e *Clearcho* laudat *Athenaeus* Lib. XIII. pag. 564. B. — καθάπερ Φησὶ Κλέαρχος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἑρωτικῶν, Λυκοφρονίδην εἰρηκέναι Φησὶν, οὔτε παιδὸς ἄρρενος, οὔτε παρθένων τῶν χρυσοφόρων, οὔδὲ γυναικῶν βαθυκόλπων, καλὸν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ κόσμιον πεφύκει. ἢ γὰρ αἰδῶς ἄνθος ἐπισπείρει. Nemo accuratius de hoc loco egit *Wakefieldio*, qui in *Diatribē in Eurip. Hecub.* p. 14. legendum censet παρθένων ΧΡΥΣΟΦΟΒΩΝ; nec parum huic coniecturae tribuere videtur. At minime opus, ut illius coniecturam sequamur, quia lectio vulgata optimum dat sensum. Tum etiam vox Φόβη, si capillum significat, nunquam in compositione occurrit; semper ponitur χαίτη, κόμη, βόστρυχος, πλόκαμος aut aliud verbum. Amor dictus χρυσοκόμας, ab *Anacreonte* apud *Athen.* Lib. XIII. pag. 599. C. et *Euripide*, *Iphig. Aul.* 545.

- - - ὄθι δὴ
Δίδυμ' Ἐρωσὶ ὁ ΧΡΥΣΟΚΟΜΑΣ
Τόξ' ἐντίεινεται χαρίτων.

Praecipue vero *Apollo*. *Eurip.* *Ion.* 903.

- - - ὦ Λατοῦς πᾶ
πρὸς τάνδ' αὐγὰν αὐδάσω.
ἤλθεές μοι ΧΡΥΣΩ, ΧΑΙΤΑΝ
μαρμαίρων - - -

cnf. *Iphig. Taur.* 1244. *Supplic.* 978. *Troad.* 255. *Pind.* *Olymp.* VI, 71. VII, 58. etc. *Diana* vero in *Eurip. Phoen.* 200.



Μή ποτε, μή ποτε τάνδ'
 ὦ πότνια ΧΡΥΣΕΟΒΟΣΤΡΥΧΕ
 ὦ Διὸς ἔργος Ἄρτεμι,
 Δουλοσύναυ τλαίην.

Philoxenus, Dithyrambographus, in *Cyclope*, apud
Athen. Lib. XIII. p. 563. A.

ὦ καλλιπρόσωπε,
 ΧΡΥΣΕΟΒΟΣΤΡΥΧΕ Γαλάτεια,
 Χαριτόφωνε, κάλλος ἐρώτων.

Sic videtur *Philoxeni* locus restituendus. Mihi, iterum iterumque *Lycophronidis* fragmentum consideranti, nihil mutandum videtur. Locus modo recte exhibeatur:

Οὔτε παιδὸς ἄρρενος, οὔτε παρθένων
 τῶν χρυσοφόρων, οὐδὲ γυναικῶν βαθυκόλπων
 καλὸν τὸ πρόσωπον· ἀλλὰ κόσμιον κεφύκει.
 ἢ γὰρ αἰδῶς ἄνθος ἐπισπείρει.

Eleganter poëta καλὸν πρόσωπον dixit. De Sole formulam loquendi adhibuit *Sotades*, in *Iliade*, apud *Dionys. Halicarn. de Struct. Or. p. 32.*

Ἐνθ' οἱ μὲν ἐπ' ἄκραις πυρᾶϊς νέκυες ἔκειντο
 γῆς ἐπὶ ξένης, ὀρφανὰ τείχεα προλιπόντες
 Ἑλλάδος ἱερῆς, καὶ μυχὸν ἐστίης πατρῆης
 ἦβην τ' ἐρατεινήν, καὶ ΚΑΛΟΝ ἡλίου ΠΡΟΣΩΠΟΝ.

Verbo alio modo usitatus est *Hipparchus*, in *Iliadē Aegyptiaca*, ap. *Athen. Lib. III. p. 101.*

- - - - ἀλλὰ

ἐν λοπάσιν μ' εὐφραίνει μήτρης ΚΑΛΑ ΠΡΟΣΩΠΑ.

De pulchrā *Persei* facie, *Simonides* posuit, in *Threno*, ex emendat. *Cl. Hermanni*, de metris p. 452.

- - - - - πορφυρέα

κείμενος ἐν χλανίδι ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΚΑΛΟΝ.



ἄνθος. *Lexicon Sangermanense* ap. *Rulink.* ad *Timaei*
Lex. Plat. p. 153. ἄνθος - - - τὸ χρῶμα. In *Ho-*
merico hymno in *Cerer.* 107. de *Nymphis*:

- - - - κουρήϊον ἄνθος ἔχουσα.

De puero aetate florente, *Theognis*, in *Elegiae* frag-
mento ap. *Athen.* Lib. VII. p. 310. dixit:

- - - - παῖς καλὸς ἄνθος ἔχων.

Ruborem quoque in egregiâ facie iuvenis, ἀγλαδὸν
ἄνθος ἤβης, *Tyrtaeus* appellat, in *Elegiâ* ap. *Lycurgum*
contr. *Leocr.* p. 227. cnf. *Orpheus* *Argon.* 1336. —
Minime praeterire possum *Chaeremonis* *Tragici* lo-
cum, ex *Alphesiboeâ* petatum, ap. *Athen.* Lib. XIII.
pag. 609. qui sic leviter refingendus:

Καὶ σώματος μὲν ὈΨΙΣ κτειρογάζετο,
στίλβοντα λευκῷ χρώματι διαπρεπῆ,
αἰδῶς δ' ἐπερρύθμιζεν ἠπιώτατον
ἐρύθημα λαμπρῷ προστιθεῖσα χρώματι.
κόμαι δὲ κηροχρῶτες ὡς ἀγάλματος
αὐτοῖσι βοστρύχοισι ἐκπεπλασμένοι,
ξουθοῖσιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορούμενοι.

v. 1. *Athenaeus* habet ὕψις. στίλβοντα. *Achaeus* *Ere-*
trienſis ap. *Athen.* Lib. X. p. 414.

στίλβοντες ἄνθρι.

Suidae auctoritate retinui ἐρύθημα. Ait enim *Gram-*
maticus: ἐρύθημα — ἄνθος προσώπῳ ἐπιφύμενον. *Pudor*
dictus ἠπιώτατος, *blandidissimus*, *suavissimus*; sic
blanda Venus, dicta à *Stesichoro* in *Helenâ*, apud
Schol. Euripid. *Orest.* 250, ἠπιωδῶρος. cnf. *Aeschyli*
fragmentum e *laculatricibus*, emendatum ab *Heathio*,
in *Observatt.* in *Tragic.* p. 161.

v. 5. Singulari etiam modo ἀγάλματα κόμης, *Euripides*
dixit in *Electrá* v. 875.



- - - οἷα δὴ ἄγω καὶ δόμοι κεύθουσί μοι
κόμης ἀγάλματ' ἐξενέγκωμαι —

Ibid. 878.

Σὺ μὲν νῦν ἀγάλματ' ἄειρε
κρατί·

Unde forte corrigendus v. 886. ubi legitur:

Ω καλλίνικε, πατρός ἐκ νικηφόρου
γεγώς, Ὀρέστα, τῆς ὑπ' Ἰλίῳ μάχης
δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ΑΝΑΔΗΜΑΤΑ.

Duriusculus est hic Anapaestus in fine Iambi. Scribe:

δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ΑΓΑΛΜΑΤΑ.

Vox χρυσοφόρος, quae contra Wakefieldii opinionem, in *Lycophronide* servanda est, in memoriam mihi revocat Epigramma *Iubae*, Mauritaniae regis, quod ex *Amaranti* Grammatici *) de Scená libro conservavit nobis *Athenaeus* Lib. VIII. p. 343. F. innumeris vitiis contaminatum.

Μὴ με Λεοντῆος τραγικοῦ κεναρήφαγον ἦχος
χεύσσω Ἰψιπύλης, ἐς κακὸν ἦτορ ὄρα.

*) Fuit *Amarantus* Grammaticus Alexandrinus. Quo tempore floruit incertum est. Ad antiquiores certe pertinere videtur. Eius liber περὶ σκηνῆς laudatur hic ab *Athenaeo*, et Lib. X. pag. 414. Idem est, qui teste Auctore *Etymol. M.* auctor fuit Commentarii in *Theocriti* carmen *Thalysia* inscriptum. (οὗ ἢ ἐπιγραφή Λυκίδας ἢ Θαλύσια.) vid. *Etym. M.* voce Διεκρανώσατε, et *Valck.* ad *Theocr.* Id. VII, 155. In *Schollis* quae nunc exstant in *Theocritum*,

eius nomen non occurrit. Memoratur etiam in *Etymologico Gudiano MS.* v. Ἀσπάλαδος. — εἶδος ἀκάνθης, ἔρηται παρὰ τὸ σπῶ, σπάλαδος, καὶ ἀσπάλαδος. οὕτως Ἀμάραντος εἰς Θεόκριτον. Ἐπαφρόδιτος δὲ, παρὰ τὸ σπαλιεύειν ἐτυμολογεῖ. Vocem ἀσπάλαδος adhibuit *Theocritus* Id. IV, 57. Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαδοι κομόωντι. Sub *Nicandri* nomine male hic verus laudatur ab *Etym. M.* pag. 156. 30.



ἦν μὲν γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχω Φίλος, οὐδὲ τίνων δὴ
 γῆρυν χρυσοβόλοις οὔασιν ἠγάσατο.
 νῦν δὲ μέ χυτρώποδες κέραμοι, καὶ τήγανα ξηρὰ
 χώρησαν Φωνῆς γαστρὶ χαριζόμενοι.

Epigramma hoc à *Brunkio* in *Analectis praetermissum*, scriptum est à rege *Iubá* in tragicum *Leonteum*, histriionem, ὅτι κακῶς τὴν Ὑψιπύλην ὑπεύρινατο; cum male *Hypsipylen saltasset*, ut *Athenaeus* ait. *Cassaubonus*, ex integrioribus libris in hunc modum restituere conatus est:

Μὴ με Λεοντῆος τραγικοῦ τὸν ἀρείφατον ἦχον
 λεύσσων Ὑψιπύλης, ἐς κακὸν ἦθος ὄρα.
 ἦν μὲν γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχω Φίλος οὐδὲ τινός δὴ
 γῆρυν χρυσοβόροις οὔασιν ἠγάσατο.
 νῦν δὲ με χυτρώποδες κέραμοι, καὶ τήγανα ξηρὰ
 χήρωσαν Φωνῆς, γαστρὶ χαριζόμενον.

In animadversionibus haec scribit. „In primo disticho λεύσσων emendavimus ex libris, pro χεύσσων, quod inepte editum. Est autem sensus pro sensu positus. λεύσσων enim est, *spectans, videns*, atqui sonus non usurpatur oculis, verum auribus. τὸν ἀρείφατον ἦχον, fecimus ex illis κεναρῆφαγον ἦχος, quod nihil significat. Illud interpretamur vocem malam, corruptam, et interfectam, ut apud *Plautum: interfecta haec res est*. Apud *Aristophanem* (*Ran.* 985. *Brunk.*), τὸ τρύβλιον τέθνηκέ μοι, pro κέκλαστον, *fractum est, interfectum est, periit* - - - vel, vocem asperam et bello convenientiorem quam theatro. Nam ita et vox ἀρείφατος potest capi. ἦθος Ὑψιπύλης, est vox, quâ usus histrio cum ageret *Hypsipylen*. Sed fuit cum distinguerem post λεύσσων, et nomen *Hypsipylos* ad sequentia transferrem, hoc sensu: Si mala egit histrio



Hypsipylam, noli praeterea de nobili heroiná male sentire, et ob inepti actoris peccata, illam putare ineptam aut stultam. Quarto versu ἠγάσατο legimus, consentientibus membranis, pro ἠγγήσατο, quod versus non capit. χρυσοβόροις etiam pro χρυσοβόλοις emendamus. *Aurivoras* Midae *aures*, eleganter si quid iudico, appellavit, et poëticè, quae propter auri famem illi sunt datae. Nota Midae fabula. Imperitum autem musicarum rerum iudicem, Midae aures habere, hoc est, asininas, venustissimum dictum est - - - quinto versu per χυτρόποδας κεράμους et ollas fictiles, intelligit *Iuba: cibos elixos: per τήγαννα ξηρά, pisces ταγηνιστούς, id est, frictos in saragine.* In sexto χήρωσαν scribimus auctoribus libris, non χώρησαν.“

Quaedam omnino divinitus restituit in *Iubae* epigrammate *Casaubonus*, nonnulla vero non attigit. Duo priora disticha, egregiis adiutus *Casauboni* conjecturis, ita restituenda arbitror:

Μή με Λεοντήος τραγικοῦ ΚΙΝΑΡΗΦΑΓΟΥ ἦχον
 λεύσσων Ὑψιπύλης, ἐς κακὸν ἦθος ὄρα·
 ἦν μὲν γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχῳ φίλος, οὐδὲ τινὸς δὴ
 γῆρυν ΧΡΥΣΟΦΟΡΟΙΣ οὔασιν ἠγάσατο.

Iuba, Leonteum tragicum post infeliciter actam Hypsipylen loquentem inducit. Petit autem à spectato-ribus, qui testes fuerant illius inscitiae, ne se propter male repraesentatam Hypsipylen, tam artis suae rudem omnino fuisse putent. Gratus, ait, quondam Baccho eram, in Dionysiis forte spectaculis, at postquam gulae cepi me tradere, cibi varii et multiplices vocem mihi ademerunt, quam sonoram habui. In



primi versus emendatione, *Casaubonus* longissime à *Iubae* sententiâ aberravit. Agitur omnino de aliquo cibi genere, quo *Leontei* vox adempta est. *κινάρα* enim, Latinis *cinara*, genus cacti spinosi, cum nostrâ *Artischocke* quodammodo comparandi, cibarium est fervidum, idoneumque ad libidinem adingendam. vid. *Phanias* ap. *Athen.* Lib. II. p. 70. D. cnf. *Salmaf. Exercitt. Plin.* p. 226. Adhibitâ hac emendatione patet jocus *Iubae*, dicentis, tragicum *Leonteum*, priusquam agebat *Hypsipylen*, cacto se ingurgitasse et piscibus, quibus consumptis, suaviloquentiâ equidem non splendere poterat. Recte, ni fallor, scripsi *χρυσοφόροις*. *Bacchus* enim anulis auriculariis ornatus. Sic saepius in *Vasculis Graecorum pictis*, ab *Hancarvillio*, aliisque editis occurrit.

Vs. 11.

- - - ὀδυρόμενον παρανοίτην.]

Inconsolabilem insatiabilemque luctum, quo mortem *Regillae* prosequutus est *Herodes*, multis describit *Philostratus* in eius vitâ. Non defuerunt tamen, qui fictum illum luctum fuisse contenderent. Hoc nomine reus quoque actus est à *Bradudâ*, *Regillae* fratre, at absolutus. Falsum fuisse crimen adstruere conatur *Philostratus*. cnf. *Salmaf.* et *Viscont.* Cum porro *Herodes* secundum Consul fieri posset, noluit, et hoc coniugis manibus tribuit, quod eam scilicet lugeret. Memorat etiam *Philostratus*, *Herodem* totam domum et parietum picturas, nigris induxisse velis, quae res tum nova erat.



Vs. 13.

Οὐνεκά οἱ παῖδας μὲν ἀμύμονος ἐκ μεγάρου
 Ἄρπυιαὶ Κλωθῶες ἀνηρείψαντο μέλαινα
 ἡμίσεας πλεόνων· —]

Opinio apud antiquos obtinebat, subitâ morte extinctos, à diis rari inferis, à Plutone, Proserpinâ, aliis. Hac certe persuasione se et alios consolabantur, quoties quis in natando, venando, aliove modo perierat; inprimis, si corpus non inveniretur, fluctibus submersum, vel à feris comestum. Iam *Homerus*, quem forte ante oculos habuit *Marcellus*, Od. α', 241.

Νῦν δέ μιν ἀκλειῶς ἌΡΠΥΓΙΑΙ ἌΝΗΡΕΙΨΑΝΤΟ.
 Ωίχεται ἄϊστος, ἄπυστος, ἐμοὶ δ' ἐδύνας τε γόους τε,
 Κάλλιπεν.

Od. υ', 76.

τόφρα δὲ τὰς κούρας ἌΡΠΥΓΙΑΙ ἌΝΗΡΕΙΨΑΝΤΟ,
 καὶ ῥ' ἔδοσαν στυγερῆσιν Ἐρινύσιν ἀμφιπολεύειν.

*Scholias*tes: Ἄρπυιαί, δαίμονες. ἢ ἄνεμοι ἀρπακτικοί.

De Aurorâ, Od. σ', 250.

ἀλλ' ἦτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἤρπασεν Ἥως,
 κάλλεος ἔνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

Epigramma DCCIX, in *Analect. Brunck. T. III.*
 pag. 304.

Νύμφαι Κρηναῖαί με συνήρπασαν ἐκ βιότοιο,
 καὶ τάχα που τιμῆς ἔνεκα τοῦτ' ἔπαθον,
 νηπίη, οὐδὲ δυοῖν ἐτέοιν τέλος ἐξανύσασα,
 Φιλησίη τὴν κλῆσιν, Αὔσονις γένος.

Callimachus, in *Analect. Brunck. T. I.* pag. 470.

Ἄστακίδην τὸν Κρηῖτα τὸν αἰκόλον, ἤρπασε Νύμφη
 ἐξ ὄρεος· καὶ νῦν ἱερὸς Ἄστακίδης.



οὐκέτι Δικταίησιν ὑπὸ δρυσίν, οὐκέτι Δάφνιν
ποιμένες, Ἀστακίδην δ' αἰὲν ἀεισόμεθα.

cnf. *Jacobs* in *Antholog. Graec.* T. I. P. II. pag. 301.
Caeterum cum Marcello conferendum venustissimum
epigramma ap. *Brunk.* *Analect.* T. III. p. 305. cnf.
Tour. in *Theocriti Syracul.* p. 329.

Poëta noster *Parcas* vocat ἀρπυίας κλωθῶας. Κλωθῶ,
una e *Parcis*, et sic omnes quoque dictae. *Hesychius*:
Κλωθῆς — αἱ μοῖραι. ubi *Salmasius* putabat legendum
esse Κλωθῶες. Sed Κλωθῆς vera lectio est, *Codicis*
Marciani et antiquarum edd. nam *Homero* dictae
Parcae κατακλωθῆς, *Od.* η', 197.

- - - - ἔνθα δ' ἔπειτα
πέσεται ἄσσα οἱ αἴσα, κατακλωθῆς τε βαρεῖαι,
γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

*Scholias*tes: τὸ δὲ κλωθῆς ἢ κατακλωθῆς μεταπλασμὸν ἔπα-
θεν ἐκ τοῦ αἰκλωθῶι, οὗ εὐθεῖα ἡ Κλωθῶ. δηλοῖ τε τὰς μοίρας
παρωνομασθεῖσας ἀπὸ μιᾶς αὐτῶν τῆς Κλωθοῦς. v. *Ernesti*
ad *Hom.* l. c. Observat *Viscontius* ad h. l., in num-
mo Imperatoris Diocletiani, tres *Parcas* et quidem
nentes, repraesentatas esse, cum inscriptione: *Fatis*
victricibus. vid. *Viscont.* p. 81. — ἀνερῖψαντο est ver-
bum Homericum, illustratum ab *Albert.* ad *Hesych.*
voc. ἀνερῖψαντο et ἀνηρέψαντο, ex *Iliad.* υ', 234. et
Od. α', 241. itemque *Hesiodo* et *Appollonio.* Adde
Orph. *Argon.* 288. v. 15. ἡμίσεας πλεόνων. Quatuor
liberos *Herodi* tribuit auctor Inscriptionis, dissentit
vero *Philostratus.* Difficultates ex hac disensione et
varietate ortas, expositae in not. (11), ad *Vit. Herod.*
Attici.



Vs. 17.

σφιν νηλής.]

Lapis exhibet: σφινηλής, omiſſā literā ν. Paſſim ſimiles obſervati ſunt errores in Inſcriptionibus et auctoribus antiquis. In Inſcriptione ap. *Chiskull*, *Antiq. Aſiat.* pag. 98. lin. 35. legitur: ΤΑΣΤΗΛΑΣ, pro ΤΑΣ ΣΤΗΛΑΣ. p. 102. lin. 18. ΤΙΣΤΟΧΑΖΟΙΤΟ, pro ΤΙΣ ΣΤΟΧΑΖΟΙΤΟ. In Codd. MSS. non infrequens error. vide exempla ap. *Pierſon*. *Veriſim.* I, 9. pag. 107. Non abſimilis huic errori corruptela in *Aeſchyli* loco ex *Heliadibus*, apud *Athen.* Lib. XI. p. 469. Ibi legitur: ἐνθ' ἐπὶ δυſμῶς ἴσου πατρὸς Ἡφαιſτοτευχῆς δέπας, ἐν τῷ διαβάλλων κτλ. *Anapaeſti* duo miſerrime depravati ſunt. Legendum:

Ἐνθ' ἐπὶ δυſμῶς ΣΟΥ πατρὸς Ἡφαιſτοτευχῆς δέπας, ἐν τῷ διαβάλλων κτλ.

Concurſus duarum literarum σ, errorem protulit. Caetera quae ſequuntur tam corrupta ſunt, ut nihil intelligam. Hac opportunitate, de nonnullis poëtarum locis, ubi tales errores librariorum obſervavimus, nobis animadverſa communicabo. In *Ariſtophanis* *Lyſiſtratā*, v. 518. ait mulier:

- - - πῶς ταῦτ', ὦ νερ, διαπράττεσθ' ὡδ' ἀνοήτως;
ὁ δ' ἔμ' εὐθὺς ὑποβλέψας φάσκεν ἄν' εἰ μὴ τὸν στήμονα
νήσεις,

ὁτοτύχει τοι μακρὰ τὴν κεφαλὴν.

Mi vir, qui fit, ut haec tam ſulte agatis? At ille ſtatim limis me intuens dicebat: Niſi ſubtemen nerveris, dolebit tibi caput diu. *Brunk.* in *Notis*, p. 37. bene monuit haec: „Corrupte vulgo legitur hic verſus tum quoad metrum, tum quoad φράſιν:



Ὁ δὲ μ' εὐθύς ὑποβλέψας ἔφασκε, καὶ μὴ τὸν στήμονα
νήσω —

perfanatum eum fore credidit *Orvillius* ad *Charit.* p. 506. si legatur *φάσκεν*. Sed non animadvertit absurdum esse καὶ μὴ νήσω. Nullus hic locus esse potest copulae. Regii vocem ἔφασκε omittunt: praeterea in A. scriptum ὑποβλέψας, εἰ μὴ τὸν στήμονα νήσεις, quod postremum verissimum est: unde maximam partem optime reposui:

Ὁ δ' ἔμ' εὐθύς ὑποβλέψας φάσκεν ἄν· εἰ μὴ τὸν
στήμονα νήσεις.“

Ob librarii errorem, Viri docti veram lectionem non adsequuti sunt. Credo legendum esse:

Ὁ δ' ἔμ' εὐθύς ὑποβλέψας ἌΝ' ΕΦΑΣΚ', εἰ μὴ τ. σ. ν.

Quid est, quod aut reliquis non bene respondeat, aut *Aristophanēum* dicendi genus minus deceat? Excusamus nonnulla alia in *Aristophane*, virorumque doctorum observationes. In *Thesmophor.* 225., *Mnesilochus* ait:

- - - εἰς τὸ τῶν σεμνῶν θεῶν.

Οὐ γὰρ μὰ τὴν Δήμητρά γ', ἐνταυθοῖ μενῶ
τεμνόμενος.

Ne minimam quidem hoc loco particula γε vim habet, ad quam caeterum, ut recte observavit *Cl. Jacobs* in praef. ad *Exercitatt. Critic.* p. XX., confugere solent, qui versus mensuram aliter explere non possunt, Critici. Ubi acumen *Brunkii*? Legendum sine controversiā:

Οὐ γὰρ, μὰ τὴν ΔΗΜΗΤΡ', ΕΤ' ἐνταυθοῖ μενῶ.

Aristophanes talem emendationem postulare videtur, nam in *Nub.* 814. ait:

Οὐ τοι, μὰ τὴν Ὀμίχλην, ἜΤ' ἐνταυθοῖ μενεῖς.



Vesp. 1442.

Οὐ τοι, μὰ τὴν ΔΗΜΗΤΡ', ἜΤ' ἐνταυθοῖ μενεῖς.

Aves. 1443.

Οὐ τοι, μὰ τὰς κεχρηῆδας, ἜΤΙ σοῦ σχήσομαι.

E meâ opinione locus quoque corruptus, in Equit. 460.

Ταυτί, μὰ τὴν Δήμητρά, μ' οὐκ ἐλάνθανε
τεκταινόμενα τὰ πράγματ'· ἀλλ' ἠπιστάμην
γομφούμενά γε τὰ πάντα καὶ κολλώμενα.

Liber Ravennas vs. 3. ita exhibet:

γομφούμεν' αὖ τὰ πάντα κ. κ.

Omnino illud γε à librario intrusum, deest etiam in antiquis Edd. Miror *Invernizzium*, cui optima copia data, emendandi multa illustrandique alia, nihil hic monuisse. Legendum puto:

γομφούμεν' ΑΤΤΑ πάντα καὶ κ.

Transeamus ad loca nonnulla poëtarum apud *Athenaeum*. *Lycophron*, magis *Cassandra* suâ, quam aliis carminibus notus, *Satyram* in *Menedemum*, *Eretriacae* sectae principem aliosque philosophos scripserat, e quâ elegantissimum locum, at valde depravatum, conservavit nobis *Athenaeus*, Lib. X. p. 420. quem sic partim e *Toupii* partim e meâ sententiâ scribendum esse existimo:

Πᾶδες κρατίστου πατρὸς ἐξωλέστατοι
ἐγὼ μὲν ὑμῖν, ὡς ὄρατε στρηγιῶ.
δεῖπνον γὰρ οὐτ' ἐν Καρία, μὰ τοὺς θεοὺς,
οὐτ' ἐν Ῥόδῳ τοιοῦτον οὐτ' ἐν Λυδία,
κατέχω δεδειπνηκῶς, Ἄπολλον, ὡς καλόν!
* * * * * ἀλλὰ καὶ κυλίχμιον
ὑδαρὲς ὁ παῖς περιῆγε τοῦ πεντωβόλου



ἀτρέμα παρεξεστηκότος, ἀλιτήριος
καὶ ΔΗΜΟΚΟΙΝΟΣ ἐπεχόρευε δαψιλῆς
θέρμος, πενήτων καὶ τρικλίνου συμπότης.

*Improbi filii, patris optimi,
ego, ut adspicitis, hic vobiscum lascivio.
Nullá etenim per deos coená eiusmodi
nec Cariá, nec Rhodi, nec Lydiá
acceptus sum, Apollo, quam splendida!
* * * * * pocillum etiam
aquá impletum, puer praebeuit, emptum obo-
lis quinque,
vini subvapidi; infamis
plebeiusque saltabat lupinus,
multus, inopum triclinio compotoꝝ.*

versu 6. in Athenaeo legebatur:

ἀλλὰ καὶ κυλίκιον ὕδαρες
ὁ πᾶς περιῆγε.

adhibui *Toupii* emendationem:

* * * * * ἀλλὰ καὶ κυλίχιον
ὕδαρες.

vid. eius Emendat. in Suid. T. II. p. 277. Quod hęc habes πεντωβόλου, ad poculi vilitatem pertinere mihi videtur, ad vinum vero transtulit *Toupius*, qui acute vitiosum in Athenaeo, ἀτρέμα παρεξεστηκότος, in ἀτρέμα παρεξεστηκότος mutavit. οἶνον enim παρεξεστηκότα, vilissimum et subvapidum, *Lycophiron* vocat, quomodo etiam *Aristides*, et alii à *Toupio* laudati. De voce ἀλιτήριος consule *Interpp.* ad *Hesych.* h. v. *Spanhem.* ad *Callim.* p. 80. *Ruhnk.* ad *Tim.* Lex. Plat. p. 24. Infeliciter ni fallor tentavit v. 9. *Toupius*, qui sic legitur in *Athenaeo*:



καὶ δημόνικος ἐπεχόρευε δαψιλῆς
 θέρμος.

putat legendum esse:

καὶ δημόλοιχος ἐπεχόρευε δαψιλῆς
 θέρμος.

Vera lectio est δημόκοινος. Est enim θέρμος δημόκοινος, *cicer plebcium, infame*. Proprie δημόκοινος est *tortor*. *Herodianus Grammaticus ad calcem Phrygichii: Δημόκοινος — ὁ στρεβλῶν καὶ βασανίζων. Ammonius voc. Δήμιος. δήμιος καὶ δημόκοινος διαφέρει. δήμιος γὰρ ἐστὶν ὁ ἀναίρων τοὺς κταδίκους. δημόκοινος δὲ ὁ βατανίζων. cns. ib. Valk. Pollux. Lib. VIII, 71. et Commentatores, quibus adde Mauffac. ad Harpocrat. v. δημόκοινος. Cyrillus Lex. MS. δημόκοινον — — τὸ δημόσιον. Eustathius ad Od. Σ. T. III. p. 1835. ed. Rom. ubi copiosus est de titulis, hominibus misellis datis, ait: — — — — ἐξ οὗ σκῶμμα πονηροῖς ἐπέκειτο, τὸ δημόκοινος. Cicer est συμπότης πενήτων καὶ τρικλίνου. Sic *sa-lem* in *Cassandra*, 135., ξένοις σύνδορπον dixit:*

— — — — τὸν ξένοις
 σύνδορπον Αἰγαίανος ἀγνίτην πάγον.

ubi vid. *Schol. Lupini vilissimum pauperum et philosophorum cibus. v. Burmann, ad Petron. c. 14. Verbo ἐπεχόρευε, eodem modo usus Diphilus apud Athen. Lib. VI. p. 230.*

Εἰς τὸ μέσον ΕΠΕΧΟΡΕΥΣΕ σαπέρδης μέγας.

Refert *Athenaeus*, ex eodem *Lycophrone*: ἐξῆς δὲ Φησὶν, ὅτι ζητήσεις ἦσαν παρὰ πότον,

— — — — τράγημα γὰρ
 ὁ σωφρονιστῆς πᾶσιν ἐν μέσῳ λόγος.

ἱστορεῖται δὲ καὶ ὅτι πολλάκις συνόντας αὐτοὺς ἐπὶ πλεῖον,



ὁ ὄρνις κατελάμβανε τὴν ἔω καλῶν, τοῖσι δὲ οὐδέπω κόρος.
Deinde vero inter potandum quaestiones ait propo-
sitas,

- - - *bellarium enim*
sapiens sermo in medio habitus.

Narratur quoque, saepe numero accidisse, ut con-
gressi longius sermones cum protraherent, gallus
Auroram denuntians, eos suis disputationibus non-
dum satiatis interpellaret. Haereo, ut verum fatear
hoc loco, nam disjecta membra poëtae in versus or-
dinare, impossibile fere est. Caeterum verbis τοῖ-
σιν δὲ οὐδέπω κόρος, è Lycophrone petitis, utitur con-
viva ap. Athen. Lib. X. p. 445. σὺ δὲ παροιωνῶν καὶ με-
θύων οὐδέπω κόρον ἔχεις. Ipse Lycophron in incertâ
tragoediâ apud Stobaeum, Tit. CXX. p. 491. Grot.
οὐ γὰρ ἔστ' αὐτοῦ κόρος. Duo versus Lycophronis,
paullo emendatiores, leguntur etiam in Diogene Laër-
tio, in Menedemo, Lib. II. sect. 140. pag. 161.
Menag. - - - ἅπαντα φησὶν ὁ Λυκόφρων ἐν τοῖς
πεπονημένοις ΣΑΤΥΡΟΙΣ αὐτῶ, οὓς ΜΕΝΕΔΗΜΟΝ ἐπέ-
γρῳψεν, ἐγκώμιον τοῦ Φιλοσόφου ποιήσας τὸ δράμα. ὦν
καὶ τίνα ἐστὶ τοιαυτὶ

Ὡς ἐκ βραχείας δαιτὸς ἢ βαιὰ κύλιξ
 αὐτοῖς κυκλεῖται πρὸς μέτρον· τράγημα δὲ
 ὁ σωφρονιστὴς τοῖς Φιληκόοις λόγος.

Aliter ergo ab *Athenaeo*, aliter à *Diogene Laërtio*,
 locus *Lycophronis* laudatur. Fuit forsân duplex re-
 censio poëmatii. De Menedemo philosopho vide eru-
 ditam disputationem, in observationibus ad versionem
 τῶν LXX. Danielis, pag. 490. (Rom. 1773.) κυκλεῖν,
 haud dubie hic significat, *in orbem distribuere, κύκλω*
χορευεῖν, ut Antiphanes Comicus dixerat ap. Athen.



in Epitome Casaubon. p. 781. ex emend. *Valkenarii* ad *Callimachi* elegiaca, p. 258.

- - - - χρυσοκόλλητον δέπας
μεστόν, κύκλω χορευόν.

Verbum προκυκλεῖν, tali significatione occurrit in *Che-
lidonistagum carmine*, ap. *Athen.* Lib. VIII. p. 360. C.
quod sic legendum:

ἤλθ', ἤλθε χελιδῶν, καλὰς ὥρας
ἄγουσα καὶ κελούς ἐνιαυτούς,
ἐπὶ γαστέρα λευκὰ, καὶ πὶ νῶτα μέλαινα
παλάθην οὐ ΠΡΟΚΤΚΛΕΙΣ;
ἐκ πίονος οἴκου;
οἴνου τε δέπαστρον
τυροῦ τε κἀνίστρον
καὶ πυρῶν;

vid. Cl. *Hermann* de metris p. 337. *Athenaei* lectio-
nem προκυκλεῖς, servandam puto, quam nullo iure
Casaubonus et *Meursius* reiicere voluerunt. Iam vero
et sequentem locum, levi mutatione et proba distin-
ctione donatum, hic ad partes vocabo:

πότερ' ἀπίωμες, ἢ λαβώμεθα;

* * * * *

εἴ μὲν τι δώσεις, εἰ δὲ μὴ, οὐχ ἔασομες

ἢ τὰν θύραν φέρωμες, ἢ τὸ ὑπερθύρον

ἢ τὰν γυνῶκα, τὰν ἔσω καθήμενν

ΜΙΚΚΑ μὲν ἐστὶ, ῥαδίως μιν οἴσομες

ἂν δὲ φέρῃς τι, μέγα τι ΣΟΙ δὲ καὶ φέρεις,

ἄνοιγ' ἄνοιγε τὰν θύρην χελιδόνι,

οὐ γὰρ γέροντες ἐσμέν, ἀλλὰ παιδία.

Emendationes meas vix cuiquam displicere posse ar-
bitror. v. 4. pro μικρὰ, scripsi μικκὰ, postulante *Doricá*



dialecto; Dores enim, teste *Gregorio*, de dialect. Dor. p. 130. τὸ μικρὸν MIKKON λέγουσι, laudato in testimonium loco *Theocr.* Id. V, 66. cnf. Id. VII, 64. XV, 12, 42. etc. Eadem formá usus *Callimachus* ap. *Etym. M.* p. 582.

Ἄει τοῖς μήκκοις MIKKA διδοῦσι θεοί.

vid. *Fragm. Callimachéa.* CLXXIX. *Bentl.* et XXXV. p. 294. *Valken.* cnf. *Hymn. in Cer.* 111. *Boeotus*, in *Aristoph.* *Acharn.* 909.

MIKKOΣ γὰ μᾶκος οὔτος.

Μικκύλα, occurrit in *Moscho*, Id. I, 13. ed. *Jacobs.* *Etym. M.* p. 587. Μικκύλος (l. Μικκύλος), μικρός, ὑποκοριστικῶς. *Phot. Lex. MS.* Μίκκαιον — μικρότατον. v. *Eustath.* ad *Iliad.* ε'. pag. 610. *Aelius Dionysius* ap. *Eústath.* ad *Iliad.* β', p. 217. usum verbi Ionibus tribuit; at *Eustathius* ipse ad *Iliad.* ε'. pag. 610. recte Aeolicum vocare iubet. Versus 5., ita ab *Athenaeo* exhibitus:

ἂν δὴ Φέρης τι, μέγα δὴ τι καὶ Φέροις.

Sed metrum claudicat. *Barnesius* ad *Homeri Eίρεσιώ- νην*, ita emendat:

- - - - , μέγα τί μοί δὴ καὶ Φέροις.

Cl. Ilgen, (in *Opuscul. philolog.* T. I. p. 168.) contra, scribendum putat:

- - - - , μέγα τι δὴ μοί κεν Φέροις.

At sine dubio legendum est:

- - - - , μέγα τι ΣΟΙ δὴ καὶ Φέροις.

Si quid nobis adfers, magnam tibi quoque gratiam paras. Elegantissime Graeci dicunt μέγα τι Φέρειν, et μέγα τι ποιῆν, pro *gratiam reddere, referre gratiam alicui*, aut *remunerari rem*. μέγα κακὸν ποιῆν, pro *malo adficere*, mulier dixit ad moechum suum,



in *Locrico luxurioso carmine*, quod *Athenaeus* conservavit, Lib. XV. p. 697. B.

Μὴ προδῶς ἄμ' ἱκετεύω· πρὶν καὶ μόλεν κείνον, ἀνίστω.

Μὴ κακὸν μέγα ποιήσης καὶ με τὰν δειλάκραν.

Ἄμέρα καὶ ἤδη· τὸ Φῶς διὰ τῆς θυρίδος οὐκ ἐσορῆς;

Sic locus distinguendus, solutâ oratione *Athenaei* immixtus. v. 1. male erat ἄμ'. *Hesych.* δειλάκρα. δειλάξια. *Etym. Gudian. MS.* δειλακρείων, ὁ δειλός. Ἀριστοφάνης, ὃ δειλακρείων πῶς ἦλθες - - - ἔρηται καὶ δειλακρος καὶ δειλάκρα.

Vs. 18.

[πρὶν περ γηραιῶσι μιγήμεναι ἡλακίτησι.]

Verbum *μίγυσθαι*, pro *πελάσαι*; *arrorporinquare*, positum esse, observavit *Visconti*. Idonea probatio e *Homero* petenda. v. *Iliad.* ὦ', 91. γ', 206. *Od.* ε', 386. ζ', 136. ἦ, 246. Eleganter *γηραιῶς ἡλακίταις μιγῆσαι*, de iis dicitur, qui *ad senectam* proveniunt. Simili plane locutione *Martialis*, *breves colos* dixit, de vitâ brevi ac non diuturnâ. Lib. IX, 18.

Latonae venerande nepos, qui mitibus herbis

Parcarum exoras pensa, brevesque colos.

Animadversione praeterea dignum, *ἡλακίτας* hic ab auctore dici, non *ἡλακίτην*, quamvis de unius vitâ fatoque agatur, ut à *Martiale*, *colos*; non *colum*. Lib. VII, 46.

Non tulit invidiam nigri regnator Averni,

et fatis raptas reddidit ipse colos.

Vs. 19.

[ἐπίηρον.]

Pro solatio, ad consolationem ipsi, ἔστειλεν, ἔδωκεν Imperator. Vocem *ἐπίηρον* inauditam esse bonis scripto-



ribus, *Brunk* monuit ad *Analect.* T. III. pag. 112 et 220. Idem esse ac ἐπιήρωνον credidit *Visconti*. Fallitur vir doctissimus, praeterea omnino alia ratio habenda *Homerici* ἐπιήρα Φέρειν. Voce ἐπιήρα, ut substantivá et neutrius generis usum fuisse *Antimachum Colophonium*, ex *Hesychio* patet. Ἐπιήρα. τὴν μετ' ἐπιουρίας χάριν μεγάλην, ἢ ἐκ τῆς περιουσίας· ὡς Ἀντίμαχος. Hoc ergo contra eos est, qui omnino vocem e graecitate eliminant, ut *Interpp.* ad *Hesych.* v. ἦ ῥα. et *Brunk.* l. l. In tanto quidem naufragio Graecorum poëtarum, quorum quantilla pars servata fuit, non licet tam audacter aliquid mutare, non decet, quidquid unus et alter Criticorum faciant. Acuta est de voce ἐπιήρα observatio *Cl. Wolfii*, in Praef. ad *Hom. Iliad.* p. XXI. „In primis“ ait „saepe à librariis praepositiones verbis male appictae sunt, quae separatim scribi debebant, tum maxime, cum praepositio aliqua post suum nomen posita, aliove modo per tmesin ab eo avulsa erat - - - Retulerant in iis dudum *Interpp.* ad *Hesych.* T. I. p. 1648., verbum ἐπιήρα, *Iliad.* α', 572. 8. in quo ἐπι ab ἦρα distractum, ad Φέρειν referri docuerunt. Sed et hic diversas fuisse Grammaticorum sententias, Glossographi Graeci arguunt. Probabilem quidem illam observationem hoc facit, quod afferunt, ἦρα Φέρειν alibi vel nude esse, vel praepositionem si adlit, interdum ab ἦρα divullam et alii vocabulo iunctam occurrere; ut, *Od.* γ', 164. π', 375. Addi poterat similis forma *Hom.* χάριν Φέρειν τινί, favens iis, qui ἦρα substantivum esse putant. At vero mox eadem dubia redditur loco *Od.* τ', 343. Οὐδέ τι μοι ποδάνιπτρα ποδῶν ἐπιήρανα θυμῷ γίγνεται. Nihil nostram quaestionem iuvat



altera ibi lectio ἐπίηρ' ἀνὰ θυμῶ, merito improbata ab *Eustathio*. Quod si et hic ἐπὶ scripturá separare velles, ab ἤρανα, unde contractum videtur ἤρα adiectivum, nec id facile alicui probares, cum sic ἐπὶ ad γίγνεται trahendum esset. Probare autem *Aristarchus* videtur vulgatum ἐπίηρα. vid. *Etym. M.* p. 359, 43. *Schol. Wassenb.* p. 185. et *Eustath.* p. 152. ubi ineptae derivationis ab ἤρ, in *Etym. M.* primo loco positae, auctor laudatur *Herodianus*."

Vs. *ibid.*

- - - - ὄδυρομένω ἀκόρητον.]

vide quae supra ad v. 11. monui.

Vs. 20.

Καὶ βασιλεὺς, Διὶ πατρὶ Φυῆν καὶ μητρίν ἐοικώς.]

Est Marcus Aurelius Antoninus Philosophus. Tempore Antoninorum primum adsueverunt Graeci, Augustos Augustasque salutare βασιλεῖς et βασίλισσας, quem usum magná eruditionis copiá illustravit, *Spanhem.* de Ufu et Praest. Numism. Disfert. XII. p. 398. 400.

Vs. 21.

- - - ἐς Ὠκεανὸν θαλερὴν ἔστειλε γυναῖκα.]

Infulae fortunatae, in Oceano à veteribus positaе. vid. *Salmas.* et *Viscont.*

Vs. 25.

Αὐτὰρ ὁ ἀστερόεντα περὶ σφυρὰ παιδὶ πέδιλα
δῶκεν ἔχειν, τὰ λέγουσι καὶ Ἑρμάωνα Φορῆνα
ἦμος ὅτ' Αἰνείαν πολέμου ἐξῆγεν Ἀχαιῶν,
νύκτα διὰ ἑνοφερῆν.]

In gratiam ac solatium *Herodis*, imperator M. Antoninus, eius filium senatorem fecit. ἀστερόεντα πέδιλα,



vocat *calceos lunatos*, quibus luna adfuta erat; quod patriciorum insigne. vid. *Salmas.* Fuere, qui putarent, semicirculum illum, qui adfuebatur calceis patriciorum, non lunulam referre, sed notam centenarii numeri, quod initio tot Senatores fuerint. Auctor est *Isidorus*, *Orig. Lib. XIX. c. 34.* haec monens: „Patricios calceos Romulus reperit quatuor corrigiarum, affutaque luná, his soli Patricii utebantur. Luna autem in eis non fideris formam, sed notam centenarii numeri significabat, quod initio patricii, senatores centum fuerint.“ *Philostratus*, de Herodis filio verba faciens, ornamentum in calceis, ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδές vocat.

Quam *Marcellus* dat historiam originis, adfigendi patriciorum calceis lunam, apud nullum alium auctorem, eorum qui nunc exstant, occurrit. Fabulam ergo, aut, ut *Salmasius* putat, ex iis hausit poeta, qui τὰ Ἄγρια scripserunt, quorum praecipui memorantur, inter Graecos *Callimachus*, inter Latinos, *Varro*; aut, quod probabilius e *Viscontii* sententiá, ex deperditis auctoribus τῶν παραλειπόμενων. *Virgilius*, ad locum aliquem incerti auctoris τῶν Τρωϊκῶν respexisse videtur, ubi haec fabula exposita erat, referens, stellam coelo delapsam, viasque lectantem praeluxisse Aeneae, et Idaeá se silvá condidisse, eaque duce, Aeneam et socios salvos ad eum locum pervenisse, ubi se condiderat. Sic autem ille, *Aen. II, 696.*

- - - - de coelo lapsa per umbras

Stella facem ducens multá cum luce cucurrit.

Illam, summa super labentem culmina tecti,

Cernimus Idaeá claram se condere silvá,

K



*Signantemque vias; tum longo limite sulcus
Dat lucem, et late circum loca sulfure fumant.*

Sanctum sidus, paulo post vocat, v. 699.

*Hic ergo victus genitor se tollit ad auras
Adfaturque deos, et sanctum sidus adorat.*

Poëta noster, non stellâ, sed Mercurio duce, qui stellam in lunae modum talaribus infixam habebat, Aeneam Idam petiisse, et in tutum se recepisse scribit: et in eius rei memoriam Aeneadas stellae illius vel lunae figuram calceis suis adfuisse: quod postea nobilitatis insigne fuit Romanis. *Quintus Smyrnaeus*, non stellam, nec Mercurium stelligera habentem talaria, sed Venerem ipsam ducem Aeneae fuisse tradit, cum Troiaë fugeret incendium. Totus *Quinti Smyrnaei* suavissimus locus, paulo emendatius à Rhodomanno scriptus, ita se habet, Lib. XIII, 13. sq.

- - - - ὡς παῖς ἐσθλὸς ἀμύμονος Ἀγχίσαιο
ἄττυ λιπῶν, δῆϊοισι καταιθόμενον πυρὶ πολλῶ
υἷέα, καὶ πατέρα σφὸν ἀναρπάσας, Φορέεσκε,
τὸν μὲν ἐπὶ πλατῦν ὦμον ἐφασσάμενος κρατερῆσι
χερσὶ, πολυτλήτῳ ὑπὸ γῆραϊ μοχθίζοντα·
τὸν δ' ἀπαλῆς μάλα χεῖρες, ἐπιψάουντα πόδεσσι
γαίης, οὐλομένου δὲ φοβούμενον ἔργα μόθοιο
ἐξῆγεν πολέμοιο δυσηχέος· ὅς δ' ὑπ' ἀνάγκης
ἐκρέματ' ἐμπεφυῶς ἀπαλὸς παῖς· ἀμφὶ δὲ δάκρυ
χεύατό οἱ ἀπαλῆσι παρειάσιν· αὐτὰρ ὁ νεκρῶν
σώμαθ' ὑπέρθορε πολλὰ θοοῖς ποσὶ. πολλὰ δ' ἐν ὄρφνῃ
οὐκ ἐθέλων στείβεσκε· Κύπρις δ' ὄδον ἡγεμόνευεν,
υἱωνὸν, καὶ παῖδα, καὶ ἀνέρα πῆματος αἰνοῦ
πρόφρων ῥυομένη· —



Tryphiodorus, qui ex eodem forte hausit fonte, ita breviter ait *Excid.* II. 643.

Αἰνείαν δ' ἔκλεψε καὶ Ἀγχίσην Ἀφροδίτη,
οἰκτείρουσα γέροντα καὶ υἱέα, τῆλε δὲ πάτρης
Ἀύσονίην ἐπένασσε —

In *Tabulá Iliacá*, conspicitur Mercurius, Aeneam cum familiá suá e Trojae excidio abducens. Viri docti vero qui tabulam illustravêre, *Fabrettum* dico, *Bergerum* et *B. de Montfaucon*, non nostri poëtae locum adtulerunt, in quo disertè narratur, Aeneam Mercurii ductu evasisse. In gemmá, ap. *Augustin. Gemm.* T. II. n. 3. fuga repraesentata est Aeneae, ibique Mercurius dux, stellam in fronte gerit, lunari formá, radiosam. cnf. *Mus. Stofsch.* Cl. II. n. 385.

Vs. 25.

- - - - πολέμου ἐξῆγεν Ἀχαιῶν,
νύκτα διὰ θνοφερήν.]

Quintus Smyrn. Lib. XIII, 326.

- - - - οὐλομένου δὲ φοβούμενον ἔργα μόθοιο
ΕΞΗΓΕΝ ΠΟΛΕΜΟΥ θυσηχέος - - - -

Vs. 27.

Παμφανῶν ἐνέκειτο σεληναίης κύκλος αἴγλης.]

Lacunam in lapide:

- - - CEA - - - C ΚΥΚΛΟ - - -

facili, verá, et ab omnibus probatá coniecturá, sic *Salmasius* explevit:

Παμφανῶν ἐνέκειτο σεληναίης κύκλος αἴγλης.

habuit enim vir doctissimus in mente, versum *Apol-
lonii Rhodii*, Lib. IV, 167.

Ἦς δὲ σεληναίην διχομήριδα παρθένος αἴγλην.



Omnino ἀγλη saepissime de fulgore solis et lunae dicitur. *Poëta incertus* apud *Alexandrum Grammat.* p. 639. Ald. - - - ὃ Σμίνθι Ἄπολλον, τίνα χρῆ προσεπέων πρότερον, ἡλίου, καὶ πηγὴν τῆς οὐρανοῦ ταύτης ἀγλης. *Visconti*, magis in fine probat verbum ἀγλης, quia concursio syllabarum κλος et γλης dura est. ἀγλαὶ fere semper Soli tributae. v. *Homer. Iliad.* π'. 188. θ', 480. Od. β', 181. ζ', 98. λ', 496. *Mimnermus* ap. *Stob.* p. 536. *Tragicus* ap. eund. p. 401. *Auctor Paeanis* ap. *Athen.* Lib. XV. p. 696. *poëta incertus* ap. *Plutarch.* Opp. T. II. p. 827. De lucernarum radiis vocem adhibuit *Philoxenus* in *Coenâ*, ap. *Athen.* Lib. IV. p. 147. A. et de oculorum fulgore, *Licymnius Chius* ap. eund. Lib. XIII. p. 564. Non minus Lunae radii ἀγλαί, dicti. vid. *Tryphiod.* 509. ibique Interpp. Hinc Luna, *Σελήνη καταυγαστέρα* dicta, in *Hymno Orphico*, VIII, 6. cnf. *Hymn. Homeric.* VIII, 13. — κύκλος et κύκλα *Σελήνης* etiam poëtis in usu, quando de Lunâ plenâ sermo. *Aesopus*, in *Analect.* Brunk. T. I. p. 76.

ἠθέα μὲν γάρ σου τὰ Φύσει καλὰ, γαῖα, θάλασσα
ἄστρα, ΣΕΛΗΝΑΙΗΣ ΚΥΚΛΑ καὶ ἡλίου.

Ad quem locum Cl. *Jacobs*, laudat *Leonid. Tarentin.* Ep. XLIX. ἱερά ΚΥΚΛΑ ΣΕΛΗΝΗΣ, et λαμπρὸς ἡλίου ΚΥΚΛΟΣ apud *Sophocl.* Antig. 416. Adde *Eurip.* Phoen. 181. ΧΡΥΣΕΟΚΥΚΛΟΝ Φέγγος, et *Sophoclis* locum ap. *Achillem*, in vitâ Arati p. 122. a. ubi legitur, στρέφοντα ΚΥΚΛΟΝ ἡλίου.

Vs. 28.

Τὸν δὲ καὶ Αἰνεάδαι ποτ' ἐνεβράψαντο πεδίω
νιάσιν Αὔσονίω ἐὺγενέεσσι γερᾶα.]



Sic legendum est e felici *Viscontii* emendatione. E corrupto apographo lectionem nobis procudit *Salmasius*: παρενεβράψαντο, à verbo παρεβράπτω. At hoc nihil est. Perspicue in lapide exstant literae πο - - - v. 29. ita *Salmasius* explevit:

Σύμβολον Αύσονίοισιν εὐγενέεσσι γεραιὸν.

„Huic versui restituendo“ ait „supplendoque, non magnam dedimus operam, sed bonam; quod illis solis ut negent permitto, qui aliter restitui potuisse ostenderent, quam hoc modo. Pediculos et apices litterarum rimetur qui volet, et si poterit, labem et vitium lapidis melius refarciat, nos contenti simus hoc Catone.“

Sequitur lectionem *Viscontii*, qui in lapide litteras ΓC, initio versus positas, accurate observavit; et in fine integram vocem γερῶα.

Vs. 30.

Οὐ μιν ὀνόσσηται καὶ Κεκροπίδην περ ἔόντα.]

Haesitavit ob lacunam, quam in Apographo invenit *Salmasius*. „Verba ipsa auctoris“ inquit „non tam facile possumus hoc loco restituere, quam in superiore versu. Sententiam tamen aequè bene. Sic enim legimus:

Ὡς μιν ἐκόσμησεν καὶ Κεκροπίδην περ ἔόντα.“

Reperit *Salmasius* in apographo:

- - - ΟΥ - - - ΟCCHΤΑΙ - - -

Visconti vero in lapide, deletas fere literas:

- - - ΟΥΜΙΝΟ - - ΟCCHΤΑΙ - - -

Ingeniose inde coniicit:

Οὐ μιν ὀνόσσηται καὶ Κεκροπίδην περ ἔόντα.

Sensus ipse supplementum confirmare videtur.



Appellat poëta noster talaria, γέρας, ἐπισφύριον ἀνδρῶν Τυρσηνῶν, adludit enim, ut *Viscontius* monuit, ad illud calceamenti genus, quod Thufcum dicebatur, quo genere utebantur Senatores Romani. *Virgilius* de Evandro, Aen. VIII, 458.

* *Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.*

Servius ad h. l. „Thufca calceamenta dicit crepidas, quas primo habuere Senatores, post equites, deinde milites. Alii calceos senatorios intelligi volunt, quia hoc genus calceamenti à Thufcis sumptum est.“ *Polux*, Lib. VIII, 13. Τυρρηνικά, τὸ κάπτωμα ξύλιον, τετραδάκτυλον. οἱ δὲ ἰμάντες ἐπίχρυσοι. σανδάλιον γὰρ ἦν. ὑπέδησε δὲ αὐτὸ Φειδίας ἐν τῇ Ἀθηνῶν. *Photius*, in Lex. MS. Τυρρηνικά. σανδάλια πολυτελῆ. Caeterum plura invenies coacervata in auctoribus, qui de re vestiariâ scripserunt.

Vs. 30.

γέρας.]

Quadratarum errore, in lapide expressum ΤΕΡΑΣ, pro ΓΕΡΑΣ. Saepius à librariis γ et τ confundi observamus. In *Philodemi* de Musica libello, legitur Col. I, lin. 9. TENNAIOTHTA pro GENNAIOTHTA. Col. V, lin. 27. et 33., ΔΗΜΙΟΥΡΤΟΙ et ETINETO, pro ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΙ, et EGINETO. Col. XX. lin. 27. ΚΩΜΩΔΟΤΡΑΦΟΥ pro ΚΩΜΩΔΟΓΡΑΦΟΥ. Turbatur adhuc sensus in *Aristophanis* *Lysistratâ*, 82., ubi vice versa, γ pro τ, positum. ait *Lysistrata*:

*

*

*

*

*

ὡς δ' εὐχροεῖς, ὡς δὲ σφριγᾶ τὸ σῶμά σου,
κἂν ταῦρον ἄγχοις.



ΛΑΜ.

μάλα γὰρ οἶω, καὶ σιῶ.

γυμνάδομαί γα, καὶ ποτὶ πυγὰν ἄλλομα.

quo pertinet illud γὰ Laconicum? scribendum sine dubio:

γυμνάδομαί ΤΕ, —

Admonet caeterum, commovetque hic locus, ut simile vitium exhibeam. In Equit. 510. legitur:

Εἰ μὲν τις ἀνὴρ τῶν ἀρχαίων κωμωδοδιδάσκαλος ἡμᾶς
ἠνάγκαζεν ἔπη λέγοντας γ' ἐς τὸ θέατρον παραβῆναι,
οὐκ ἂν Φαύλως ἔτυχεν τούτου κλπ.

In altero versu corruptela sic tollenda:

ἠνάγκαζεν λέγοντας ἔπη ΠΡΟΣ τὸ θέατρον παραβῆναι.

His scriptis video Ravennatem librum, et auctorem argumenti in *Aristoph.* Nub. comprobare emendationem nostram. Magna praeterea accedit auctoritas ex Acharn. 628.

Οὐπω παρέβη ΠΡΟΣ τὸ θέατρον λέξων.

et Pac. 734.

Χρῆν μὲν τύπτειν τοὺς ῥαβδούχους, εἰ τις κωμωδο-
ποιητῆς

αὐτὸν ἐπήγει ΠΡΟΣ τὸ θέατρον παραβάς —

Simili modo particula γε ab imperito librario intrusa, sensum turbat in Ran. 1055.

Μὰ Δί', ἀλλ' ὄντ'. ἀλλ' ἀποκρύπτειν χρὴ τὸν πονηρὸν
τόν γε ποιητήν,

καὶ μὴ παράγειν, μηδὲ διδάσκειν. τοῖς μὲν γὰρ παι-
δαρίοισιν

ἔστι διδάσκαλος, ὅστις φράζει· τοῖς δ' ἡβῶσιν γε
ποιηταί.

Scribe v. 3.

- - τοῖσιν δ' ἡβῶσι π.



primus versus in memoriam mihi revocat alium non recte exhibitum locum in Thesmoph. 149.

Χρῆ τὸν ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα,
ἃ δὲ ποιεῖν, πρὸς ταῦτα τοὺς τρόπους ἔχειν.

Quando nomen ἀνὴρ ponitur cum substantivo, nullus locus conceditur articulo. τὸν ergo insertum ab imperito librario. Lege: χρῆ γὰρ ποιητὴν. Hoc melius quoque cum sequentibus cohaerere videtur. cnf. *Astydamantis* Tragici locum apud *Athen.* Lib. X. p. 411. a.

Vs. 32.

- - - - εἰ ἔτεόν δ᾽

Κήρυξ.]

Sic *Apollonius Rhod.* Lib. IV. 292.

- - - - εἰ ἔτεόν δ᾽

ὑμετέρης γαίης Ἀχελώϊδος ἐξενύησι.

et Lib. II, 210.

- - - - εἰ ἔτεόν δ᾽

οἶδ' ὑμεῖς.

Aratus, *Phaenom.* 30.

- - - - εἰ ἔτεόν δ᾽

Κρήτηθεν.

Poëta incertus, laudatus à *Phaniá* apud *Athen.* Lib. VI. p. 232.

- - - ἔτεόν γὰρ ἐν Ἰλίου εὐρέϊ πύργῳ
ᾗν.

Notanda methodus Latina scribendi, ut ita dicam, quam in voce κήρυξ scribenda adhibuit quadratarius. Scalpsit enim ΚΗΡΥΧ. vid. *Viscont.* Litera ξ, in Graecis inscriptionibus, saepius Latinorum X expressa, v. *Corfini*, *Spiegazione de due antichissime Inscri-*



zioni Greche. (Rom. 1756), p. 8. De Ceryce, Mercurii filio, vid. *Pollux.* Lib. VIII. segm. 9. *Ovid.* *Metam.* II, 107. seq. ibique Interpp. Hinc antiquissima nobilissimaque familia Athenis, Κήρυκες dicta, e qua ortum se ferebat *Herodes.* *Theodorus,* ἐν τῷ ἅ περὶ τοῦ Κηρύκων γένους, laudatur ab *Etym. M.* et *Photio* in *Lex. MS.* voce ἡμεροκαλλές. *Herodes* dictus *Thesides,* aut quia *Atheniensis;* nam *Virgilius* *Georg.* II, 383. dixit:

*Praemiaque ingeniis agros et compita circum
Thesidae posuere.*

aut quia cum nobilissima illa familia cognatus erat:

Vs. 34.

τοῦνεκα τιμήεις καὶ ἐπώνυμος, ἣ μὲν ἄνασσαν
εἰς βουλὴν ἀγερέσθαι, ἵνα πρωτόθρονες ἔδραμ']

Quocunque modo *Salmasius* alique Interpp. hos versus distinxere, nullum sensum praebuit lectio vulgata, qui dignus sit poeta. Fuit primus *Viscontius,* qui rectius positis distinctionis signis, locum clarum et perspicuum reddidit. Legenda omnino longa viri docti observatio, in hunc locum: de qua ii iudicent, qui, quid doctum sit et acutum, intelligant. Herodis enim filius, nomine Atticus, licet tam stupidus, ut viginti quatuor pueros aequales ipsi adiungendos putaverit pater, literarum appellatos nominibus, ut per hos tandem literarum addisceret rudimentum, Consul tamen factus An. 185. Hinc appellatus v. 34. τιμήεις καὶ ἐπώνυμος. Nam pater consulis honore splendebat an. 143. Vocem ἐπώνυμος tali fere significatione adhibuit *Agathon* Tragicus, in *Thyeste* ap. *Athen.* Lib. XII. p. 528. E.



ἐπώνυμον γοῦν εὐθύς ἔσχομεν κλέος
Κουρήτες, εἶαι κουρίμου χάριν τριχός.

Callimachus, in *Schol. Nicandri*, inter *Bentleiana*
Fr. CXXXIX.

καὶ τριτάτη Περσῆος ἐπώνυμος, ἧς ὀρόδαμνον
Αἰγύπτῳ κατέπηξε.

conf. *Valk.* in *Callimachéa fragm.* p. 10. *Panocrates*
Arcas, referente *Athenaeo*, Adriano imperatori cum
esset Alexandriae, velut ostentum ingens, spectan-
dum praebuit lotum roseum, et Ἀντινόειον, *Antinoïum*
vocandum esse dixit; pulcherrimi *Pancratis* versiculi,
conservati ab *Athenaeo*, Lib. XV. p. 677. F.

οὐλὴν ἔρφυλλον, λευκὸν κρίνον, ἢ δ' ὑάκινθον
πορφυρέην, λευκοῦ δὲ χελιδονίοιο πέτηλα,
καὶ ῥόδον εἰαρινοῖσιν ἀνοιγόμενον ζεφύροισιν,
οὐπω γὰρ φύεν ἄνθος ἐπώνυμον Ἀντινόοιο.

Senatum Romanum, ἄνασσαν βουλὴν vocat. Simili
modo *Martialis*, *dominum Senatum* appellat. Lib.
XIV, 17.

Synthesibus dum gaudet eques, dominusque
Senatus.

εἰς βουλὴν ἀγερῆσθαι, referri in *Senatum*, *adscribi*
Senatui. *Apollonius Rhod.* Lib. IV, 244.

εἰς δ' ἀγορὴν ἀγέροντ' ἐνὶ τεύχεσιν —

Noto metaplasmo πρωτόθρονες ἔδραγ dixit, pro πρωτό-
θρονοι ἔ. Sic *Homerus* *Iliad.* ὁ', 354. et π', 370. ἐρυ-
σάρματες ἵπποι, pro ἐρυσάρματοι. ubi vid. *Schol.* Nec
in compositis tantum vocibus, sed in simplicibus quo-
que frequenter huiusmodi metaplasmi. Sic ap. *Hom.*
Iliad. λ', 600. ἰῶκα δακρυόεσσαν; quod etiam per meta-
plasmum declinationis pro ἰωκὴν, sicuti pro Φυγὴν,
Herodotus Lib. III. p. 370. in prosa habet Φύγα, quasi



ex tertiâ declinatione esset ἰῶξ, ἰῶκος, et Φύξ, Φυγός. *Epicharmus* etiam ap. *Athen.* Lib. VII. v. 288., αἰόλαι πλώτες, pro πλώται. Sed vide *Salmasium*.

Vs. 36.

Ἑλλάδι δ' οὔτε γένος βασιλεύτερος, οὔτ' ἔτι Φωνήν,
Ἡρώδεω.]

Eleganter hic βασιλεύτερος, *praestantior* et *genere nobilior* significat. Graeci saepius βασιλεῖς vocant homines, qui arte suâ excellunt, aliosque superant ingenii praestantiâ. *Adrianus* Sophista apud *Philostrium*, Herodem vocabat ΒΑΣΙΛΕΑ τῶν λόγων. En eius verba: Ἡρώδην δὲ τὸν βασιλέα τῶν λόγων ἀγαπητὸν, ἦν ἄοινός τε καὶ νήφων ὑποκρίνωμαι. Apud *Eunarium*, c. 27. Proaeresius, in inscriptione statuae, βασιλεύων λόγων dicitur. πολλά δ' ἐπὶ πολλοῖς ἀγασθέντος καὶ τυχόντος ἐπαινῶν, ἀνδριάντα κατασκευασάμενοι χαλκοῦν ἰσομέτρητον ἀνέθηκαν ἐπιγράψαντες, Ἡ ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΑ ῬΩΜΗ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΑ ΛΟΓΩΝ. *Regnum dicendi*, tali modo *Martialis* usurpavit, Lib. III, 26.

Ille decus linguae faciet, regnumque loquendi.

Verbum βασιλεύειν de rebus quoque dicitur, quae splendescunt. v. *Wernsd.* ad *Himerii* Or. XIV. p. 617. sic *rosa* apud *Achillem Tat.* Lib. II, 1. dicitur τῶν ἀνθέων βασιλεύειν. Latini sic utuntur verbis rex et regnum. enf. *Graev.* ad *Cic.* Epist. IX, 18, 1.

Tibia Phrygia ob praestantiam forte βασιλεια dicta in corruptissimo *Telestis* fragmento apud *Athen.* Lib. XIV. p. 617. B. quod sic forte restituendum: Φρυγία καλλιπνόων αὐλῶν ἱερῶν βασιλεια, ἀηδόνειαν ἀρμύσαισα πρῶτα, Δωρίδος ἀντίπαλον Μούσας νομαίοσαν ὀμφάν, πνεύ-



ματος εὔπερον αὔραν, ἀμφιπλέκων καλάμοις. De Telestis loco, vario modo a viris doctis tentato, vid. *Vossium* ad *Catull.* p. 227. et Cl. *Huschke*, *Epist. critic.* p. 47. Scripsi ἀηδόνα ἄρμόσασα — ὀμφάν. In Aldinā erat: αὔδονος ἤροσε. *Casaub.* edidit: ἀηδόν' ὃς ἤρμοσε. *Vossius* emendandum putavit ἀηδόνα et sic tibiam appellari adfirmavit. Sed hoc nullo exemplo confirmari potest. Quantus praeterea foret loci sensus, si eum e *Vossii* sententiā interpretaremur. Eleganter à poëtā tibiae phrygiae, philomelae cantus tribuitur. *Aëdonia* vox poëtis innumeris locis celebrata. *Salejus Bassus*, in *Pithoei* Vet. poët. p. 260.

Sic et aëdoniā superantur voce cicadae.

Vox rara ἀντίπαλος, in *Critiā* occurrit apud *Athen.* Lib. XIII. p. 600.

Τὸν δὲ γυναικείων μελέων πλέξαντά ποτ' ὠδὰς
ἠδὺν Ἀνακρέοντα Τέως εἰς Ἑλλάδ' ἀνήγεν,
συμπροσίων ἐρέθισμα, γυναικῶν ἠπερόπευμα,
αὐλῶν ἀντίπαλον Φιλοβάρβιτον, ἠδὺν, ἄλυπον.

ἀμφιπλέκων, est idem ac συμπλέκων aut διαπλέκων. vide exempla à Cl. *Huschke* allata, l. c. νομαίολος i. q. αἰόλος aut ποικίλος. Iam supra in *Pratinae* versibus αἰόλον μέλος illustravimus. Adde initium carminis *Ithyphalici*, apud *Athen.* Lib. XIV. p. 622.

Σοὶ Βάκχε τάνδε Μοῦσαν ἀγλαίζομεν
ἀπλοῦν φῦθμόν χέοντες αἰόλω μέλει,
καὶ μὰν ἀπαρθένευτον; οὔτι ταῖς πάρος
κεχρήμεθα νῦν ὠδαῖσι, ἀλλ' ἀκήρατον
κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

*Tibi Bacche, splendidam damus hanc Musam,
effundimus que simplicem rhythmum ornato
carmine,*



intentatum aliis. Non equidem prius usitatos cantus adferimus; hymnum contra inusitatum tibi exordiamur.

Sic videtur locus distinguendus et reddendus. ἀγλαΐζομεν. Sic *Pindar.* Olymp. I, 12.

ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
μουσικᾶς ἐν ᾧτῳ —

χέειν Φωνήν, μέλος, *effundere carmen, vocem. Homer.* Od. τ', 521. de philomelâ. χέει πολυηχέα Φωνήν. *Lycorhion Alex.* 5. χέασα παμμιγῆ βῶν. *Apollon. Rhod. Lib. IV,* 749. ἀμφὶ δὲ πέπλον Ὀφθαλμοῖσι βάλλουσα γόον χέειν. *Menalippides Lyricus ap. Athen.* Lib. X. p. 429. τοὶ δὲ παράπληκτον χέον ὀμφάν. *Nilus Scholasticus,* in *Analect. Brunck.* T. III. p. 14. τί πρὸς ἔκκιστον ὄρῳν τόνδε γέλῳτα χέεις; *Lyricus incertus ap. Demetr. Phaler.* f. 142. πτερύγων ὑπὸ καταχέει λιγυρὰν αἰοιδάν. *Menalippides Tragicus,* in *Proserpinâ apud Stob. Grot.* p. 165. ἄχρα προχέων dixit, quod bene *Grotius* reddidit: *tristia fundens lamenta.* Latini enim *fundere,* eodem modo saepissime dicunt. *Auctor carminis in Phoenicem,* v. 45.

Incipit illa sacri modulamina fundere cantus et miram vocem, luce movere novâ.

ubi vid. *Burmann.*

Mentione facta carminis *Ithyphallici,* breviter sententiam nostram de alio carmine dicemus, cuius initium conservasse videtur *Athenaeus* l. c. p. 622. Βοὶ δὲ Ἰθύφαλλοι, αἰτ, Φησὶ καλούμενοι προσωπεῖον μεθύοντων ἔχουσιν, καὶ ἐστεφάνωνται (κισσῶ), χειρίδας ἀνθινὰς ἔχοντες. χιτῶσι δὲ χρῶνται μεσολεύκοις, καὶ περιέζωνται ταραντίνιον καλύπτρον αὐτοῦς μέχρι τῶν σφυρῶν. σιγῇ δὲ διὰ τοῦ πυλῶνος εἰσελθόντες, ὅταν κατὰ μέσην τὴν ὀρχή-



στραυ γένωνται, ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸ θεῖον, λέγοντες, ἀνάγετε, εὐρυχωρίαν ποιῆτε τῷ θεῷ. ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυρωμένος διὰ μέσου βαδίζειν. Latet hic quod *Casaubonus* non observavit, particula carminis *Ithyphallici*, sic forte restitueuda:

Ἀνάγετε - - - - - εὐρυχωρίαν
 ποιῆτε τῷ θεῷ
 ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυρωμένος
 διὰ μέσου βαδίζειν.

In primo versu desunt verba nonnulla. Forte vox ἀνάγετε erat repetita, sed semper deest κῆρον, aut simile quid. Repetitio verborum in choro poëtis non infrequens. Sic *Euripid.* in *Palamede* ap. *Isocrat.* *Encom.* *Busirid.* p. 220.

Ἐκάνετ', ἐκάνετε κτλ:

Exstant apud *Athenaeum* Lib. XI. p. 497. versus nonnulli ex *Ithyphallis Theoclis*, qui etiam ad hoc exemplum restituendi sunt:

Ἐθύσαμεν γὰρ σήμερον σωτήρια
 πάντες οἱ τεχνῖται.
 μεθ' ὧν πῶν τοῦ κέρας, ὡς τὸν Φίλιππον
 βασιλέα πάρειμι.

vid. *Casaub.* ad *Athen.* p. 442. Varii erant *Ithyphallica* carmina generis. Multa enim ad religionem *Bacchi*, *Priapi* et similium deorum, multa ad amorem et summam lasciviam pertinebant. Neque tamen puto, antiquissimis temporibus, obscœni aliquid in *Ithyphallicis* carminibus fuisse, quod parte aliqua probari potest loco, ex *Euphorionis* carmine petito, ap. *Dionys. Halicarn.* de *Struct. Or.* p. 29. Quanto pere vero postea desciverant *Graeci* moribus, nullo documento certius constat, quam ex *Ithyphallico* carmine,



quod triginta circiter annis, post Philippi mortem publice cantarunt Athenis, in honorem Demetrii, Antigoni filii. Qui illud carmen servavit nobis, *Athenaeus* Lib. VI. p. 253. D. (magnam partem emendatum à *Casaubono*, *Animadv.* p. 443. et *Tour.* *Epist. Critic.* p. 175.) ibidem illos cecinisse scribit: ὡς εἶη μόνος θεὸς ἀληθινός, οἱ δ' ἄλλοι καθεύδουσιν, ἢ ἀποδημοῦσιν, ἢ οὐκ εἰσίν. Post, exhibitum carmen, F., ταῦτ', αἶτ, ἦρόν οἱ Μαραθωνομάχοι. Quo respicit *Clemens Alexandr.* *Protrept.* p. 48. Μαραθωνομάχους legerat in *Aristoph.* *Nub.* 932. *Acharn.* 180. Carmen Ithyphallicum, longe elegantissimum, et tum antiquitatis, tum Atticae adulationis illustre monumentum, hic e *Tourpii* emendatione, pauculis à me mutatis adponam.

ΞΕΝΙΣΜΟΣ

ΔΗΜΗΤΡΑΣ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ.

- Ὡς οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι,
τῇ πόλει πάρεσι.
- Ἐνταῦθα γὰρ Δήμητρα καὶ ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ
ἅμα παρῆγ' ὁ κειρός.
- Χ' ἢ μὲν τὰ σεμνὰ τῆς κόρης μυστήρια
ἔρχεθ' ἵνα ποιήσῃ.
- Ὁ δ' ἰλαρὸς, ὡς περ τὸν θεὸν δεῖ, καὶ καλὸς,
καὶ γελῶν πάρεστι.
- Σεμνὸς ὅθι φαίνουθ' οἱ φίλοι πάντες κύκλω,
ἐν μέσοισι δ' αὐτός.
- Ὅμοιος ὡς περ εἰ οἱ φίλοι μὲν ἀστέρες,
ἥλιος δ' ἐκείνος.
- Ὡ τοῦ κρατίστου παῖ Ποσειδῶνος θεοῦ,
χαῖρε κ' Ἀφροδίτης.
- Ἄλλοι μὲν ἢ μακρὰν γὰρ ἀπέχουσιν θεοί,
ἢ οὐκ ἔχουσιν ὦτα,



Ἦ οὐκ εἰσὶν, ἧ οὐ προσέχουσιν ἡμῖν οὐδὲ ἔν·
 Σὲ δὲ παρόνθ' ὀρώμεν,
 Οὐ ξύλινον, οὐδὲ λίθινον, ἀλλ' ἀληθινόν.
 Εὐχόμεσθα δὴ σοι.
 Πρῶτον μὲν εἰρήνην ποιήσον, Φίλτατε,
 Κύριος γὰρ εἶ σὺ
 Τὴν δ' οὐχὶ Θήβων, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος
 Σφίγγα περικρατοῦσαν
 Αἰτωλίδ', ὅς τις ἐπὶ πέτραις καθήμενος
 ὡςπερ ἡ παλαιὰ,
 Τὰ σώματ' ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας φέρει,
 καὶ οὐκ ἔχω μάχεσθαι·
 Αἰτωλικὸν γὰρ ἀρπάσαι τὰ τῶν πέλας·
 νῦν δὲ καὶ τὰ πόρρω·
 Μάλιστα μὲν δὴ κόλασον αὐτός· εἰ δὲ μὴ,
 Οἰδίπουν τιν' εὐρὲ,
 Τὴν σφίγγα ταύτην ὅς τις ἢ κατακρημιεῖ,
 ἢ πεινῆν ποιήσει.

Vs. 3. Contra genium Linguae Graecae *Toupius* legit
 Δημήτριος. Idem v. 4.

ἅμα παρῆν ὁ καιρός.

reddiditque: *simulac tempus advexit*. Ego probo
 viri docti emendationem, in *Appendice ad Tourp.*
Emend. in Suid. T. IV. p. 494.

ἅμα παρῆγ' ὁ καιρός.

Tempus simul adduxit. Maiorem vim versus accipit.
 v. 12. ἥλιος δ' ἐκεῖνος, elegantissime poeta dixit, et
 vere Attice. Sic *Menander* in *Hypobolimaeco* apud
Stob. Tit. CXXII. p. 497. τὸν ἥλιον τὸν ἐκεῖνον. vulgo
 v. 31. legitur σχόλασον αὐτός; quod recte observantē
Toupio, nauci non est. Elegans est emendatio sum-
 mi critici κόλασον αὐτός. Sensus erit: *Sphingem vero*



illam, quae nos vexat, vel tu reprime, vel alium qui reprimat, mitte. Verbum *κολάω, κολάζω*, Comicis Atticis valde tritum. vid. *Aristoph.* Vesp. 244. Equit. 455. fragm. ap. *Gellium*, Lib. XV, 20. p. 630. *Theopompus* apud *Suid.* v. "Αττις-

Κολάσομαί γε σέ,
Καὶ τὸν σὸν "Αττιν.

Vs. 39.

Καὶ Γανυμηδείη, καὶ Δαρδάνιον γένος ἦην
Τρωὸς Ἐριχθονίδαο.]

Sequor, cum *Visconti*, lapidis scripturam ἦην. vid. Var. Lect. ἦην saepe in *Homero* occurrit, fereque semper in initio versus. vid. *Iliad.* λ', 807. *Od.* τ', 283. ψ', 310. ω', 342. cnf. *Payne*, *Analytic essay on the Greek Alphabet.* p. 95.

Vs. 40.

- - - σὺ δ', εἰ φίλον, ἱερὰ ρέξαι,
Καὶ θύσαι.]

Acute *Visconti*, σὺ δ' εἰ φίλον rescripsit, pro *CTΔΙ-ΦΙΛΟΝ*, quae lapidis scriptura. Illa confusio inter *ei* et *i*, omnino frequentissima est. Iam supra nonnulla notavi, ubi v. 16., *CICEICA* pro *CEICACA* exaratum. In *Salmasii* apographo pro *CT* erat *OT*, deinde habuit, nescio unde *ΩΙ*, mutavitque inde litteras *ΔΗ* in *ΔΙ*, et praecedens *Ἐριχθονίδαο*, in *Ἐριχθονίδεω*. v. Var. Lect. *θύσαι*, *hostias mactato*. *Menander* in *Scholiis MSS.* ad *Hom. Iliad.* φ', 390. communicatis mihi à Cl. *Heynio*,

Καὶ τοῦτο θύων οὐδὲ πώποτ' ἠὲ ξάμην
ἐγὼ τὸ σῶζον τὴν ἐμὴν συνοικίαν
ἀλλὰ παρέλιπον, οἰκετῶν εἶναι στάσιν
ἔνδον παρ' αὐτῷ πρᾶγμα χρησιμώτατον.

L



In primo versu conservavi *ἠὺξάμην*. sic saepius Attici comici. *Sopater* in Galatis ap. *Athen.* Lib. IV. p. 160. *Κὰ γὰρ* — *ἠὺξάμην*. cnf. *Etym. M.* p. 400, 32. *Herodian.* ad calcem *Phrynichi* p. 202. *Eustath.* ad *Iliad.* α', 458. T. I. p. 111. ed. *Rom.* et *Brunk* ad *Eurip.* *Hecub.* 18.

Literas AI et I etiam à librariis confundi, erudite observavit vir doctus in *Observatt. Miscellan.* T. I. P. I. p. 128. Animadvertendum hoc in venustissimo fragmento e *Dionysii Aenei* elegià, ap. *Athen.* Lib. XV. p. 668. quod sic forte legendum:

Κότταβον ἔνθα δέ σοι τρίτον ἰστάναμι οἱ δυσέρωτες,
 ἡμεῖς, προστίθεμεν γυμνασίῳ Βρομίου
 Κώρυκον· οἱ δὲ παρόντες ἐνείρετε χεῖρας ἅπαντες
 εἰς σφάρας κυλίκων, καὶ πρὶν ἐκείνον ἼΕΙΝ,
 Ὅμματι βηματίσασθε τὸν αἰθέρα τὸν κατακλινῆ,
 εἰς ὅσον ἼΣ ΛΑΤΑΓΟΣ χωρίον ἐκτέταται.

v. 4. male erat in *Athenaeo*, *ἰδεῖν*. Sensus est: „*Priusquam cottabum emittitis, oculis metimini aethera devexum, ut sciatis, in quantum spatium latax evolaverit.*“ Ultimo versu erat:

εἰς ὅσον αἰ λάταγες χ. ε.

Non infeliciter restituisse haec videor. *ἴς* enim, quod proprie *nervus in corpore*, significat etiam *δύναμιν*. Deinde etiam de omnibus rebus vim habentibus, v. c. de vento, fluvio, et hoc loco de latago, tropicè dicitur. Sic apud *Homer.* *Iliad.* μ', 320. *ἴς ἀνέμου*. cnf. *ὄ*, 39. *ρ*', 739. *ἴς ποταμοῦ*, *Iliad.* φ', 356.

Vs. 42.

[*Εἰ δέ τοι εὐσεβέεσσι καὶ ἡρώων ἀλεγίζειν.*]

Frustra hic versus sollicitatur ab Interpp. *Maittaire*, subintelligendam putat vocem *φίλον* e versu 40. Quo



iure, non intelligo. *Brunkius*, dum legit ἔδεταί, faciliorem quidem lectionem profert, sed quae non à manu poëtae est. Conservanda lectio lapidis, immerito etiam à *Viscontio* correctae. Ponitur enim pro: εἰ δέ τοι τῶν εὐσεβέων τοῦτό ἐστι. Praeterea particulae δέ τοι, saepius coniunctae. *Aeschyl.* Sept. ad Theb. 478.

Πέμποι μ' ἂν ἤδη τόνδε σὺν τύχῃ ΔΕ ΤΟΙ.

Ibid. 185.

Φιλοθύτων ΔΕ ΤΟΙ

πολέως —

Sophocl. Antig. 334.

— εἰς ΔΕ ΤΟΙ

Δηφθῆ τε καὶ μή.

cnf. *Hoogen.* de particul. p. 275.

Bene observavit *Viscontius*, saepissime OI pro I positum esse. Mirum hoc non est. Uno enim olim efferebantur sono, ideoque saepius ista bina à librariis confusa. vid. *Valk.* ad *Euripid.* Phoen. pag. 165. *Brunk* ad *Aristoph.* Ran. 922. Adferamus nonnulla à nobis notata, nam fortasse non omnes ea recordantur. *Athenaeus* Lib. XV. p. 668. Ἀχαιοὶ δ' ἐν Δίνῳ περὶ τῶν Σατύρων λέγων Φησί,

Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες τίμου
λέγοντες, ᾧ κάλλιστον Ἡρακλεῖ λάταξ.

Locus ita emendandus:

Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες Θ'ΟΜΟΥ
λέγοντες ᾧ κάλλιστος, Ἡράκλεις λάταξ!

*Iactantes, eiicientes, frangentes, simulque
clamantes: ó festivus mehercule latax!*

Alio modo *Achaei* locum emendatum dedit *Tour.*



Emend. in Suid. T. II. p. 470. Memorabilis est usus verbi ἐκβάλλειν, quod de poculis dicitur, post coenam fractis et abiectis. Colligo hoc quoque ex antiqui poëtae *Choerili* loco ap. *Athen.* Lib. XI. p. 464.

- - - - - χερσίν

ὄλβον ἔχω κύλικος τρύφος ἀμφὶς ἐάγος

ἀνδρῶν δαιτυμόνων ναυάγιον· οἷά τε πολλὰ

πνεῦμα Διονύσσοιο πρὸς ὕβριος ΕΚΒΑΛΕΝ ΑΚΤΑΣ.

- - - - - manibus

opes ego habeo, undique fracti calicis testam, conviviarum hominum naufragium, qualia multa, Bacchi procella eiicit ad littus superbum.

Male erat in *Athenaeo* v. 4. πρὸς ὕβριος ἐκβαλ' ἀνακτος. Caeterum, uti *Choerilus*, ὕβριος ἀκτὰς dicit, ita *Pindarus*, in Excerpto libri XI. *Athenaei*, apud *Casaubon.* Animadv. Lib. XI. c. 4. p. 782. (*Fragm.* ed. *Heyne* p. 112.) ψευδῆ πρὸς ἀκτὰν ait. E *Choerilo* illustrandus *Euripidis* locus ex *Oeneo*, apud *Athen.* Lib. XV. p. 666.

πυκνοῖς δ' ΕΒΑΛΛΟΝ Βακχίου τοξεύμασι
κάρη γέροντος.

τοξεύματα Βάκχου, sunt *fragmenta calicis.* *Choerili* versus e longo carmine petiti videntur epico, in quo convivium descriptum erat hominum luxuriosorum. cnf. *fragmenta* apud *Athenaeum* Lib. XII. pag. 529, 530. et *Strabon.* Lib. XIV. pag. 989. A.

Vs. 44.

Οὐ μὲν γὰρ θνητῆ, ἀτὰρ οὐδὲ θεαῖνα τέτυκται.
τοῦνεκεν οὔτε νεῶν ἱερὸν λάχεν, οὔτ' ἔτι τύμβον,
οὐδὲ γέρα θνητοῖς, ἀτὰρ οὐδὲ θεοῖσιν ὅμοια.]

Sensus loci est, si quis volet rem divinam *Regillae* fa-



cere, faciat. Nemo vero ad hoc cogitur. Non peccabit, qui faciet, eamque isto honore dignabitur: non enim mortalis est. Non tamen hoc officium ab invitis etiam exigitur, cum de dearum numero minime censenda sit, quibus necessario sacra faciunda sunt, sed heroinarum tantum, quarum cultum minime sibi negligendum putant, qui magnâ pietate et religionis amore praediti sunt. Regillam igitur ut heroinam vult coli, eique hac de causâ, non templum ut deae, non tumulum ut foeminae mortali, sed ἡρώων aedificatum esse scribit. Aedificium heroï, aut heroïnae conveniens, ἡρώων, ἡρώιον, et ἡρωείον, vario modo scribitur. v. *Pollux*, Lib. IV, 4. *Mazocchi* ad *Tabb. Heracleens.* pag. 156, 147. *Paciaud.* ad *Mon. Pelop.* T. II. p. 63. *Visconti* ad h. l.

In lapide sculptum ΜΕΓΓΑΡ pro ΜΕΝ ΓΑΡ. Haec mutatio frequens. vid. *Interpp.*

Vs. 46,

Σῆμα μὲν οἱ νηῶ Ἰκελον δήμῳ ἐν Ἀθήνῃς.]

Monumentum hoc idem est, ac Odéum, ab *Herode Attico*, in Regillae honorem Athenis erectum. vid. *Pausan.* Lib. VII, 20. *Philostrat.* de *Herode*, §. 5. 8. Consule praeterea egregiam de Odéo Herodis disputationem *Viscontii* ad h. l.

Statius, *Epicedio in patrem*, v. 20. scribit, si sibi fortuna permetteret, magnificum se et templis parem tumulum patri exstructurum, theatrumque ibidem ei dedicaturum, in quo Musici Ludi celebrentur in honorem eius. Locum ipsum non gravabor adscribere, non parum enim poëtae nostri sententiam illustrat:



*Atque utinam fortuna dares mihi, manibus aras
 Par templis opus, aëriamque educere molem.
 Cyclosum scopulos ultra atque audacia saxa
 Pyramidum, et magno tumulum praetexere luco.
 Illic et Siculi superassem dona sepulcri,
 Et Nemees lucum, et Pelopis solemnia trunci
 Illic Oebalio non finderet aëra disco
 Graiorum vis ulla virum. non arva rigaret
 Sudor equum, aut putri sonitum daret ungula
 fossa:
 Sed Phoebi simplex chorus; heic frondentia
 vatam
 Praemia laudato genitor tibi rite dicarem.*

Illud Statii: *par templis opus*, idem plane cum hoc
 nostro, σῆμα νηῶ ἱκελον.

Vs. 47.

ψυχὴ δὲ σκῆπτρον Ῥαδαμανθῦος ἀμφοιπολεύει.]

Diximus iam supra Rhadamanthum à poetâ nostro in
 beatis locis collocatum esse, iudicis loco. Regilla in
 Elysiûm deducta, σκῆπτρον Ῥαδαμανθῦος ἀμφοιπολεύει,
 sedet itaque is cum insigni iudicis.

Vs. 48.

Τοῦτο δὲ Φαυστίνῃ κεχαρισμένον ἦσται ἄγαλμα.]

Recte observavit *Salmasius*, Faustinae iuniorem hic
 memoratam esse, M. Antonini uxorem, quae iam in
 vivis esse desierat, statuâ Regillae dedicatâ. vide ad
 v. 6. Vocem ἄγαλμα erudite illustravit *Ruhnck.* ad
Tim. Lex. Plat. h. v. est h. l. i. q. εἰκόν, quam vocem
 de statuâ auctor adhibuit Epigrammatis in insulâ Chio
 reperti, cuius particulam hic habes ineditam:



Σοὶ

* * * * *
 ἄπασεν ἁ κλεινὰ πρεσβυτέρων σύνοδος,
 εἰκόνη, ἀναστήσασα τέθειεν μορφᾶς τύπον ἔμπνου,
 καὶ σ' ἐν Ὀμηρείῳ γυμνασίῳ θεμένα.

Vs. 49.

- - - - - ἵνα οἱ πάρος εὐρέες ἀγροὶ
 καὶ χορὸς ἡμερίδων, καὶ ἐλαιήεντες ἄρουραι.]

Locum non recte exhibuerant Interpp. excepto *Ar-
 cudio*, qui veram lapidis lectionem protulit:

ΙΝΑΟΙ ΠΑΡΟΣ ΕΥΡΕΕΣ ΑΓΡΟΙ.

Viscontius accurate reddidit „*dou' eran prima le vaste
 possessioni di lei.*“ Sic in columnâ Capitolinâ in-
 sculptum invenies:

CUIUS HAEC PRAEDIA FUERUNT.

Eleganter poëta, χορὸν ἡμερίδων, *vinearum ordines*
 vocat. Sic *vitium choreas*, *Manilius* dixit Lib. V, 360.

*Et te Bacche tuas nubentem iunget ad ulmos
 disponetque iugis imitatus fronde choreas.*

In vineâ στίχοι sunt, ut et in choro. ὄρχους, *Glossa-
 ria Graeca* reddunt: στίχους ἀμπέλων. ὄρχος et χορὸς
 idem est. Sic χορὸν εὐκελάδων δονάκων, *Coluthus* me-
 morat Rapt. Helen. 122. — ἐλαιήεντες pro ἐλαιήεσσα
 dixit. Sic *Homerus* Od. α', 246. ὕληεντι Ζακύνθῳ, pro
 ὕληεσση. Idem *Iliad.* β', 742. κλυτὸς Ἴκποδάμεια, pro
 κλυτή. vid. *Etym. M.* p. 152, 13. *Thom. Mag.* p. 86.
Eustath. ad *Iliad.* δ'. p. 1515. *Ioann. Grammat.* post
Corinth. de Dialect. p. 317. ἐλαιάεσσαν νηδὺν, varie
 olim apud *Sophoclem* interpretati sunt Grammatici.
Hesychius in *Brunkii Lex. Sophocl.* T. II. pag. 55.
 (ed. 4to) ΕΛΑΙΑΕΣΣΑ νηδύς. Σοφ. Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι.
 ἤτοι ΛΑΙΑΕΣΣΑ, ἀντί τοῦ σκαῖά, ἀγρία ἢ ἀπὸ τοῦ λητ-



ζεσθαι, πάντα κηιζομένη κηι κατεσθίουσα. η από τοῦ ἐλαίου, λιπαρά.

Vs. 52.

Οὐ μὲν ἀτιμήσειε θεῆ βασιλεια γυναικῶν
ἀμφίπολον γεράων ἔμενα κηι ὀπάονα νύμφην.]

Divae Faustinae, *Regillam* quasi nympham pedisequam et sacrorum ministram non spernendam fore scribit. Simili modo Hecate, Proserpinae dicta ministra in *Hymno Homérico ad Cerer.* 440.

ἐκ τοῦ οἱ πρόπολος κηι ΟΠΙΩΝ ἔπλετ' ἄνασσα.

Sacerdotem Rheae, Ἰδαίης ἀμφίπολον θαλάμης, *Dioscorides* in *Reiskii Antholog. Cephal.* n. 655. Nymphae et Gratiae Veneris ἀμφίπολοι dictae, in pulcherrimo e *Cypriis Carminibus* petito loco ap. *Athenaeum Lib. XV.* p. 683. F. Adde *Coluthi* locum, ubi Hermiones comites ἀμφίπολοι dictae. *Rapt. Helen.* 321.

πολλάκι δ' ἀμφιπόλους θαλάμων ἔκτοςθε λαβοῦσα
ὀξύτατον βοάουσα, τήσην ἀνευείκατο Φωνήν.

Variis modis viros eruditos occupatos tenuit hic locus, Forfan sic legendum:

πολλάκις δ' ἀμφιπόλους θαλάμων ΕΚΤΟΣΘ' ΕΛΑΟΥΣΑ.

quae sequuntur in *Colutho*, mire hanc emendationem confirmant. Caeterum praeclaros defunctos homines, ministros appellatos esse deorum dearumve, non infrequens in inscriptionibus. Exempla observavi in *Torremuzzae* *Inscriptt. Sicul.* p. 190. *Winkelmanni Storia delle Arti*, T. II. pag. 133. *Marini* *Inscriptt. Alban.* p. 129. *Morello*, de *Styl. Inscriptt.* pag. 105. *Column.* ad *Ennii* fragm. p. 54. *Gruter.* *Thef.* p. 769. 4. *Murator.* pag. 1323. n. 1. pag. 1385. n. 1. *Buonarotti.* *Vetri*, p. 106. *Amici*, *Catania illustrata*, Lib. X. c. 7.



p. 275. *Maffei Veron. illustr.* p. 268. *Gori Inscriptt.* Flor. T. I. p. 358. *Inscr. Biblioth. S. Gregor.* p. 382. etc.

Vs. 54.

- - - - - ἀπητίμησεν Ἀθήνη.]

ἀπητίμησεν ab ἀπατιμάω, *contumelia afficio, non honore habeo.* ἀπατιμᾶν, bene reddidit *Visconti, rifiutar con dispregio.* Fallitur vero vir doctissimus scribens, verbum hoc in aliis scriptoribus desiderari. Habet *Homerus Iliad. v', 113.* τὸν Πηλείωνα ἀπητίμησε.

Vs. 55.

Οὐδέ μιν ἠρώνησι παλαιῆσιν μεδέουσα.]

ἠρώνας, Attice, pro ἠρώνας, ut iam in superioribus observatum. Sic et pro ἠρώνας, dicebatur ἠρώσσα, et contracte ἠρῶσσα. *cnf. Sophron ap. Priscian. Lib. VI. p. 170. Apollonius Rhod. Lib. IV, 1309, 1320, 1358.*

- - - - ἠρῶσσα Λιβύης τιμήσοι.

Nicaenetus, in Analect. Brunk. T. I. p. 415.

ἠρῶσσα Λιβύων ὄρος ἄκτιον αἶγε νέμεσθε,

ἠρῶσσα Λιβύων χάρετε δεσποτίδες.

Sic e *Toupii* emendatione legendum, in *Epist. Critic.* p. 16. Notavit et hanc formam *Valk. ad Theocr. Adoniaz. pag. 321.* et ad *Callimachéa fragm. p. 14. et 287.* *cnf. Cl. Jacobs, in Antholog. Graec. T. II. P. I. p. 228.*

Vs. 56.

Καίσαρος ἰφθίμοιο παρόψεται ὄμπνια μήτηρ.]

Intelligit *Salmasius, Faustina.* At de *Faustina* iam supra v. 51. verba fecit, et minime conveniens est titulus: *almae matris.* Magno acumine probavit *Visconti,* intelligendam esse *Domitiam Calvillam,* aut *Lucillam,* *Marci Antonini* mātrem, miro modo à poetá in societatem *Alcmenae* et *Semeles* collocatam. *Alcmena* quidem mytho singulari, *Rhadamantho* nupfisse traditur,



Elysiusque campos habitasse. Adduxit *Viscontius* hos versiculos e carmine *Anthologiae ineditae*:

Ἀλκίδας ὁ θρασὺς Ῥαδαμάνθυϊ ματέρα τάνδῃ
Ἀλκμήναν ὄσιον πρὸς λέχος ἐξέδοτο.

Summâ diligentia, notisque doctissimis illustravit hanc fabulam *Visconti*. Edidit praeterea carmen, eruditasque notas adiecit Cl. *Iacobs*, in *Exercitatt. Critic. etc.* T. II. p. 186 — 188.

Cum nihil reliquum sit, quod ad poëtam notemus, similitudine totius carminis admoniti, addere liceat carmen *Antiphili Byzantini*, à *Viscontio* primum ex *Anthologia ineditâ* (p. 232.) cum viris doctis communicatum, critico vero acumine emendatum à Cl. *Eichstaedio*, in *Ephemerid. Ienens. Litterar.* L. c. p. 487.

Εἰς τάφον ἐξορυχθέντα ὑπὸ ἀρότου

ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Οὐχ ὅτι με φθίμενον κῆδος λίπεν, ἐνθάδε κῆμαι
γυμνὸς ὑπὲρ γαίης πυροφόροιο νέκυσ.

Ταρχύθην γὰρ ἐγὼ τὸ πρὶν ποτε· νῦν δ' ἀροτῆρος
χερσὶ σιδηρεῖη μ' ἐξεκύλισσεν ὕνις.

Ἦ ῥα κακῶν θάνατόν τις ἔφη λύσειν· οὐ ποτ' ἐμεῖο
ξείνε, πέλει καθέων ὕστατον, οὐδὲ τάφος.

Male erat v. 5. ὅπποτ'. Acute rescripsit *Eichstaedt*, οὐ ποτ'. Praeterea deerat signum interpungendi, quo sensus erat turbatus.



D I A T R I B E
I N
H E R O D I S I A M B O G R A P H I
F R A G M E N T A .

Corollarii loco subiiciam nonnulla de *Herode Iambographo* observata. Gravissimo enim errore Interpretes ad *Plinii* Epistol. Lib. IV. ep. 3. et *Fabricius*, Biblioth. Graec. T. VIII. p. 710. ed. vet. confudere Herodem Atticum, cum antiquo et incognito fere *Herode Iambographo*, *Plinius*, Aristarchi summi critici iudicio neglecto, qui Simonidem et Hipponactem Iambographorum principes esse ait, vid. *Proclus* Chrestom. pag. 342. et *Grammat.* Biblioth. Coislin. pag. 597. palmam in hoc poëseos genere tradit Herodi. Ait enim: »*Ita certe sum affectus ipse, cum Graeca epigrammata tua, cum Iambos proxime legerem. Quantum ibi humanitatis, venustatis, quam dulcia illa! quam antiqua! quam arguta! quam recta! Callimachum me, vel HERODEM, vel si quid his melius, tenere credebam.*»



Multa ad laudatum locum *Plinii*, moliuntur Interpp., satisque ostendunt, se de Herode Iambographo, ne fando quidem quidquam audivisse. Omnino, quo tempore vixerit poëta incertum est nobis. Floruit forte tempore *Hipponactis*. Memoratur certe *Herodes* aliquis in *Hipponactis* versiculo, conservato à *Scholias*te ad *Nicandri Theriac*. p. 44. b. ed. Ald. Μαιμώσων, ἀντὶ τοῦ ζητῶν. γράφεται καὶ λαιμώσων ἀντὶ τοῦ πανῶν, ὡς Ἰππώναξ,

Λαιμώσσει δὲ σου τὸ χεῖλος ὡς ἩΡΩΔΟΥ.

Non improbable est, tam acerbo ioco ingenium Herodis ab Hipponacte perstrictum esse. Restant pauca tantum fragmenta e *Mimiambis* ap. *Ioann. Stobens.* Serm. LXXI. p. 439. LXXVI. p. 453. XCVI. p. 530. CXVIII. p. 591. *S. Maximum*, T. II. Opp. pag. 636. *Zenobium* Cent. VI. 10. Nomen eius apud *Stobaeum* in notius *Hesiodi* transiit, nam loca duo, quae apud *Stobaeum*, Serm. CXVIII. sub Herodis nomine leguntur, in editione anni 1543. male adscripta *Hesiodo*, in edit. anni 1609. Fragmenta, quae in antiquis scriptoribus observavi, hic à me referentur.



I.

"Αγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτριον."

II.

ΠροςΦύς ὅπως τις χοιράδων ἀναρίτης. ²

1. *Etym. M.* p. 411, 41. Ζήτριον διὰ τοῦ ι συνεσταλ-
μένον. καὶ παρὰ ἩΡΟΔΟ-
ΤΩΙ, "Αγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζή-
τριον. "Ἔστι δὲ χολιαμβικὸν
τὸ μέτρον. Nomen hic *He-*
rododis Mimiambographi, in
Herodoti transiit. In men-
doso Ἡροδότῳ, haerebat
Wesselingius, in *Dissertat.*
Herodot. p. 29. Idem *Ety-*
mologi locus induxisse vide-
tur *Scaligerum* ad *Varro-*
nem de L. L. pag. 149. ut
Iamborum scriptorem *Hero-*
dotum vocaret. Diversas
fuisse olim Grammaticorum
de voce ζήτρεϊον vel ζήτριον
opiniones, *Glossographi* grae-
ci arguunt. v. *Pollux*, Lib.
III, 78. 7. 19. Auctor *Etym.*
M. formas laudat, ζώστειον,
ζώτειον, ζήτριον, ζήτρεϊον,
et ζήτριον. *cnf. Suid.* v. ζα-
τρεύω. In *Eupolide* *Comi-*
co, ζήτριον legerat forte
Photius, nam in *Lex. MS.*
ait: ζήτριον, τὸ τῶν δούλων
κολαστήριον. *Εὐπολις. Etym.*

Guidian MS. ζήτριον, διὰ
τῆς ει διφθόγγου κατὰ τὴν
παραλήγουσαν. σημαίνει τὸ
τῶν δούλων δεσμοτήριον, ἡγοῦν
τὸν μύλωνα. ἐκεῖ γὰρ ἐδε-
σμεύοντο οἱ δούλοι. γίνεται δὲ
παρὰ τὸ δεῖν, ὃ σημαίνει τὸ
δεσμεύειν, καὶ τὸ τρεῖν, ὃ
σημαίνει τὸ φοβεῖσθαι, δει-
τριον, μετατιθέντος τοῦ δ εἰς
ζ καὶ τῆς ει διφθόγγου εἰς
η - - - ἢ παρὰ τὸ ζα καὶ
τὸ τρεῖν ζάτριον καὶ ζή-
τριον, τροπῇ τοῦ α εἰς η.
ἐξ οὗ καὶ ζάπλουτος.

2. *Athenaeus* Lib. III.
p. 86. B. Ἀρχιλοχος δὲ τῆς
χηράβος μέμνηται. τοῦ δὲ
ἀναρίτου, Ἴβυκος. καλεῖται
δὲ ὁ ἀναρίτης καὶ ἀνάρτας.
κογχῶδες δὲ ὄν τὸ ὄστρεον,
προσέχεται τῶν πέτραις ὡς-
περ αἱ λεπάδες. Ἡρώνδας
δὲ ἐν *Συνεργαζομέναις*, *Προς-*
Φύς κλ. *Jf. Casaubonus*,
negat se alibi *Herondam*
Comicum invenire. At, non
Comicus, sed ut ex subie-
cto Choliambo patet, Iam-



III.

Ἴνα τὰ Ναννάκου κλαύσω. ³

IV.

Ἡ χαλκίην μοι μυῖαν ἢ κύθρην παίζει
ἢ μηλολόνης πεσσὶν ἄμματ' ἐξάπτων
τοῦ κεσκίου μοι τὸν γέροντα λωβῆται. ⁴

borum scriptor *Herodes*, qui patronymicâ et Doribus propriâ formâ, Ἡρώνας dicitur; quod bene vidit *Salmaf.* Exercitatt. *Plin.* pag. 111. *Hemsterhus.* ad *Callimach.* fragm. pag. 590. *Valken.* ad *Schol.* in *Eurip. Phoen.* p. 764. et ad *Theocriti Adoniaz.* p. 267.

3. *Zenobius*, Cent. VI, 10. pag. 154. Τὰ Ναννάκου.] Εἴρηται ἢ παροιμία ἐπὶ τῶν θυμαζομένων. Ναννάκας γὰρ ἐγένετο Φρυγῶν βασιλεὺς, ὡς Φησὶν Ἑρμογένης ἐν τοῖς Φρυγίοις, πρὸς τῶν Δευκαλίωνος νόμων (leg. χρόνων), ὃς προσεῖδὼς τὸν μέλλοντα κατακλυσμόν, συναγαγὼν πάντας εἰς τὰ ἱερά μετὰ δακρύων ἰκέτευεν. Ἡρώδης δὲ ὁ Ἰαμβοποιὸς Φησὶν, Ἴνα κλ. Pro Ἴνα τὰ Ναννάκου, apparet legisse *Stephanum ἐπὶ Ναννάκου κλαύσειν.* Vatican.

vero Codex habet: τὰ ἀπὸ Ναννάκου κλαίσι. vid. *Schotti Observatt.* 10. *Suid.* v. *Ναννάκος.*

4. *Stobaeus*, Sermon. LXXXVI. p. 453. Hi e *Mimiambis* petiti versiculi, ita laudantur à *Stobaeo*:

Ἡ χαλκίην μοι μυῖην, ἢ
* κύθρην παίζει·
ἢ παῖσι μελολόνης ἄμματ' ἐξάπτων
τοῦ κεσκίου μοι τὸν γέροντα λωβῆται.

Nullam lectionis varietatem antiquae *Stobaei* editiones praebent annor. 1543, 1549, 1559, et 1609. pro κύθρην quidem *Gesnerus* putat scribendum esse χύθρην, at nihil mutandum esse, bene observavit *Grotius*, qui *Herodis* locum optime emendatum dedit, reddiditque: *Nunc ludit ollam, nunc aheneam muscam, Nunc*



Melolonthæ vincla pedibus ut nectat, circumvoluta pauperat colum stuprâ. Acute *Grotius*, pro χαλκαίην μοι μυῖην, rescripsit: χαλκήην μοι μυῖαν, idem κύθρην conservavit. Est enim Ionicè pro κύθραν aut χύτραν. Sic κιδῶν et χιτῶν Ionibus dicitur. v. 2. *Grotii* coniectura optima est, ἢ μελολόνητος ποσσίν, pro vulgato ἢ πᾶσι μελολόνητος, versu et sententia adversante. E *Salmasii* opinione legendum v. 3. κερκίου pro κερκείου. *Hesychi.* κερκίον, στυπῆϊον. Memorantur caeterum ab *Herode* ludorum puerilium genera, quae partim ab ultimâ antiquitate ad nostram pervenere aetatem. vid. *Martin.* Var. Lect. Lib. IV. c. 2. p. 199. Primum ludi genus, prisca *Muscam aheneam*, vocarunt. cns. *P. Victorii* Var. Lect. Lib. XV. p. 327. Quod ad formam adtinet, eam describit *Pollux*, Lib. IX, 123. apud quem videre poteris. Ait enim, ita olim exerceri ludum, ut puer aliquis, cum fasciâ oculos obvolvisset, in orbem versaretur, clamaret.

que: *aheneam muscam venabor*, alii vero respondentes, *venaberis nec tamen capies*, caederentque illum scuticâ, e levi materiâ factâ, donec aliquem ex numero ipsorum comprehendisset. *Eustathius* etiam ad *Iliad.* 9, p. 1127. meminit huius ludi, quo loco etiam docet, unde χαλκή, i. e. *ahenea musca* vocata sit, tradens, genus esse quoddam muscarum, quae à colore aeris illo modo à Graecis vocatae sint. Vocem κύθρην de quadam osculi specie intelligendam esse credidi, nonnulla enim de ea monuit *Suidas* v. χύτρα. Meminit et *Tibullus*, Lib. II, 5. 91.

- - - natusque parenti
oscula comprehensis auribus
eripiet.

Ubi multa ab Interpp. notata. *Eunicus* ap. *Polluc.* Lib. X, c. 100. λαβοῦσα τῶν ὠτῶν Φίλησον-τήν χύτραν. At haec verba non ad puerum, sed ad scortillum pertinere videntur. Fuit enim osculandi hic mos meretricibus familiaris, ut illa apud *Aristaenet.* Lib. I. ep. 29. fin.



καὶ γὰρ τῶν ὄτων λαβομένη
 τρίς σε Φιλήσω. Melius for-
 te si per κῦθραν intelligimus
 puerilem ludum, quem *He-*
Sych. h. v. et *Pollux*, Lib.
 X, 113. χυτρίδαν vocant,
 cuiusque rationem et for-
 mam late exponunt. Cae-
 terum μηλολόουθης ποσσὶν
 ἄμματ' ἐξάπτειν, et apud
 nos solent Menfe Majo pueri,
 qui scarabaeis melolonthis
 filum appendentes, idque
 manu tenentes, circumque
 volitare eos faciunt. Memi-
 nit et *Aristophanes* Nub.
 134. et ioco notatu dignis-
 simo *Strepsiadem* inducit,
 à Socrate monitum, ne tan-
 tum de usuris solvendis soli-
 citus esset, sed omnes à se
 amoveret, puerorum more
 et exemplo, qui suas μηλο-
 λόουθας, non omnino avola-
 re sinunt, sed eas pede tan-
 tum revinctas apud se re-
 tinent:

ἀλλ' ἀποσχάλα τὴν φρον-
 τίδ' ἐς τὸν ἀέρα
 λινόθετον ὡς περ μηλολό-
 ουθης τοῦ ποδός.

Hic locus multum facit ad
 alius explicationem, quem
 e *Pindaro* laudat *Plutarchus*
 T. II. Opp. pag. 68. (Frag-

menta *Pindarica* ed. *Heyne*
 n. XXV. p. 93.).

- - - καὶ λύνουσι τὸ τῶν
 δυσφύρων

σχοινίον καὶ μεριμνῶν.

Simili modo *Theodectes* Tra-
 gicus, χαλινὸν dixit, pro
 σχοινίον. apud *Stobaeum*.
 Tit. XL. p. 617.

Ἄλλ' ὦ τάλαν Θύεστα καρ-
 τέρει ΔΑΚΩΝ

ὄργῃς χαλινόν.

Scripsimus δακῶν, male erat
 in *Stobaeo* δανθάνων. Ver-
 bum δάκνω eleganter de af-
 fectibus animi, amoris, di-
 citur, qui pectus arrodunt.
Aspasia apud *Athenaeum*
 Lib. V. p. 219.

Σώπρτες οὐκ ἔλαθες με
 πόθῳ ΔΗΧΘΕΙΣ Φρένα
 τὴν σὴν,
 παιδὸς Δεινομάχης καὶ Κλει-
 νίου —

et *Pindarus* in *Scolio* (Frag-
 ment. *Pindar.* edit. *Heyne*.
 pag. 25.)

Ἄλλ' ἐγὼγ' ἕκατι τᾶς
 κηρὸς ὡς ΔΑΧΘΕΙΣ μελι-
 κρατῶν μελισσῶν
 τάκομαι, εὐτ' ἂν ἴδω
 παιδῶν νεόγυιον ἐς ἦβαν.

Caeterum *Aristophanes* in
Vesp. 1332. tympanistriam à
Bdelycleone, qui eius amore



V.

Μὴ δὴ κόρη τὴν χολὴν ἐπὶ ῥίνας
ἔχ' εὐθύς, ἢν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πεύθῃ·
γυναικὸς ἐστὶ κρηγύης φέρειν πάντα. 5

VI.

Ὡς οἰκίην οὐκ ἔστιν εὐμαρέως εὐρεῖν

tenebatur, vocari facit: χρυσομηλολόπιον, et urbanitate ex eo puerili ludo petitâ ludit in ambiguitate vocis σχοινίου, quae et *filum* et *funiculum* significat, vid. *Menander* ap. *Alexandr. Rhetor.* p. 748. ed. *Ald.*, et *membrum virile*. — γέροντα esse instrumentum, cui stuppas lanificae circumvolvebant, *Pollux* docet, *Lib. XIII.* p. 327. Τὸ δὲ ἐργαλεῖον καθ' οὗ ἐκλωθρον ἐξαρτῶντες τὰ στυππεῖα, ΓΕΡΩΝ ἐκαλεῖτο. ἦν δὲ ἐκ ξύλου πεποιημένον, χεῖρας Ἐρμου τετραγώνου ἔχων, ᾧ γέροντος ἐπὶ πρόσωπον ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα. Φερεκράτης δὲ φησὶν ἐν *Μυρμηκανδρώποις*,

ἀλλ' ὡς τάχιστα τὸν ΓΕΡΩΝΘ' ἰστὸν ποιῆ
ἀφ' οὗ τὸ λῖνον ἦν.

Memorabilis est *Grotii* observatio ad *Stobaeum*, pag. 545. „Auctor“ inquit „huius et aliorum qui à *Stobaeo* citantur claudicantium Iamborum in Manuscriptis editisque eius Codicibus *Herodes* dicitur, Athenaeo vero *Herondas*, nam et is *Scanzontem* sub eo nomine citat.“

5. *Stobaeus*, *Serm. LXXI.* p. 439. *Gesn.* p. 320. *Grot.* Eleganter reddidit *Grotius*: *Ne si quid alter dixerit minus recte, Tuas puella, fanna torqueat nares, Tolerare cuncta, magna foeminae laus.* Sententiam *Herodis* bene explicant notata virorum doctorum ad *Persii Satyr. V, 91.* et *Theocrit. Id. I, 18.*

M



ἀνευ κακῶν ζώουσαν. ὅς δ' ἔχει μείον,
Οὗτός τι μείζον τοῦ ἑτέρου δοκεῖ πρήσσειν. ⁶

VII.

Ἐγὼ δ' ἀδραίνω γυῖος ὦν. τὸ γὰρ γῆρας
ἡμέας καθέλκει· κ' εἰς σκιὴν πέρας τήκει. ⁷

VIII.

Ἐπὴν τὸν ἐξηκαστὸν ἥλιον κάμψης,
ὦ Γρύλλε Γρύλλε, θνήσκε, καὶ τέφρη γίνου.
ὡς τυφλὸς οὐπὲρ κένο τοῦ βίου καμπτήρ.
ἤδη γὰρ αὐγὴ τῆς ζωῆς ἀπήμβλυνται. ⁸

6. *Stobaeus*, *Serm.* XCVI.
p. 530. *Gesn.* p. 405. *Grot.*
Male erat initio v. 3. τούτου.
leg. οὗτος.

7. *Stobaeus*, *Sermon.*
CXVIII. p. 591. *Gesn.* p.
481. *Grot.* In editione *Sto-*
baei, an. 1609. in margine,
e Codice additur, ex *Hero-*
dis Μολπείνου. Erat for-
te. *Herodis* ἄσμα ΜΟΛΠΕΙ-
NON, *carmen festivum, ad*
coenam cantatum, unde
fragmenta à *Stobaeo* petita.
Locus ita legebatur in *Sto-*
baeo:

Ἐγὼ δὲ δραινῶ μυῖος ὦν.
τὸ γὰρ γῆρας

ἡμέας καθέλκει, καὶ σκιὴ
παραστήκει.

Gesnerus emendavit: Ἐγὼ
δὲ ἀδρανέω γυρός ὦν. At
Salmasi emendatio, quam
adhibui, elegantissima est. In
v. 2. pro antiqua lectione
καὶ σκιὴ π. *Grotius*, e MSS.
profert: κῆν σκιὴν π. unde
putat fuisse κ' εἰς σκιὴν με-
ταστήσει. At exquisitius est
emendatio — πέρας τήκει.
Eleganter, ut solet *Grotius*:
Languore curvat me se-
necta detractum, Nec me
magis quam corpus umbra
dimittit.

8. *Stobaeus* l. c. S. Ma-



IX.

Γύναϊ, τὰ λευκὰ τῶν τριχῶν ἀπαμβλύνει
τὸν νοῦν. ⁹

X.

Φύγωμεν ἐκ προσώπου,
μὴ σ' ἐμπεσῶν ὁ πρέσβυς,
οὐλῆ κατ' εὐθύ - - - -
βατηρία καλύψη. ¹⁰

ximus, Sentent. XLI. T. II. Opp. p. 636. ed. *Combesii*. — τέφρη γίνου, usitata dixit formulâ. cnf. *Analect. Brunk. T. III. p. 165. Murator*, *Inscriptt. p. 483.* ἤδη γὰρ αὐγῆ. Male erat in *Stobaeo*: ἤδη γὰρ αὐτῆ. αὐγῆ, lux, pro vigore et vita sumitur. vid. *Tyrtæus* apud *Stob.* Serm. XLVIII. pag. 325. *Theognis*, 426. Venuste reddidit *Grotius*:

*Emensus ævi sexies decem soles,
ὁ Grylle Grylle moritor et cinis fias,
caecum est, quod hæc post spatia restat ætatis.
nam iam retusus ipse fulgor est vitæ.*

9) *Stobæus* l. c.

10. Particula hæc carminis exstat apud *Schol. Nicandri*, *Theriac. p. 41. b.* Βατῆρα δὲ τὴν βακτηρίαν κατὰ ἀφαιρέσιν τοῦ κ. ὁμοίως καὶ Ἡρώδης ἐν ἡμιάμβοις, ἐν τῷ περιγραφόμενῳ ὕπνῳ, Φύγωμεν ἐκ προσώπου μὴ σ' ἐμπεσῶν πρέσβυς οὐλῆ κατ' εὐθύ βατηρίη καλύψη Pro ὕπνῳ, legendum forsitan ὕμνω. At verba non ex hymno petita videntur, magis e carmine iocoso. Fuit forte, ΝΟΜΩ; erat enim, *Clearcho* teste apud *Athen.* Lib. XIV. p. 619. cantio, *Nomia* dicta, ab *Eriphane* primum ποιητρίᾳ in *Menalcam* pastorem, quem amabat composita. Versiculum unicum ex illo carmine servavit *Athenæus*:

M 2



Μακρὰ δρύες ὡς Μενάλκα.
 Pro μὴ σ' ἐμπεσῶν, legendum forte: μὴ μ' ἐμπεσῶν.
 Tournius, Emendatt. in Hesych. T. IV, p. 44. ita versiculos exhibet:

Φύγωμεν ἐκ προσώπου
 μὴ σ' ἐμπεσῶν ὁ πρέσβυς
 οὐλῆ κατ' εὐθύ —
 βατηρία κολάψη.

Verbum in v. 3. desideratum, explevit per βαίνων.
 Mihi videtur legendum esse.
 4. βατηρία χαλέψη. conf. Apollon. Rhod. Lib. IV,

1506, 1675. βατηρία. Hesych. βατηρίαν. ῥάβδον καὶ βακτηρίαν. Scholiastes Nicandri l. c. Φασὶ δὲ τινὲς βατῆρα εἶναι τὴν ποιμενικὴν ῥάβδον, μεθ' ἧς βόσκουσι. Δημήτριος δὲ ὁ χλωρὸς, βατῆρα αὐτὴν Φασὶ καλεῖσθαι, ἐπειδὴ τὰ βοτὰ ἐλαύνει. Ἀντίγονος δὲ βατῆρα, παρὰ τὴν βάσιον τηρεῖν. Antigonii Grammatici etymologiam, habet quoque Etym. Gudian. MS. βακτηρία, - - - - παρὰ τὸ τὴν βάσιον τηρεῖν, ἢ διὰ τὸν βαινόντα τηρεῖν.



ΗΡΩΔΟΤ ΛΟΓΟΣ
ΠΕΡΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ.

HERODIS ORATIO
DE
REPUBLICA.



Η Ρ Ω Δ Ο Υ Λ Ο Γ Ο Σ

Π Ε Ρ Ι Π Ο Λ Ι Τ Ε Ι Α Σ.

Δι' ὅ, τι ἀνάγκη λέγειν καὶ τηλικαῖσδε καὶ πολὺ
 νεωτέροις περὶ τοῦ παρόντος πράγματος, ἔχω λέξαι·
 δι' ὅ, τι δὲ εἰκός ἐστι σιωπᾶν, ἔχοντα λέγειν, οὔτε
 παρ' ἄλλων δύναμαι μαθεῖν, οὔτε αὐτὸς ἐξευρίσκω.
 περὶ μὲν γὰρ ἑτέρου πράγματος ἔχει τις ἂν ἐγκα-
 λῆν τοῖς λέγουσι ματαιότητα ἢ πολυπραγμοσύνην,
 αἰτιασάμενος ἐπίστασθαι¹ τὰ παρόντα πράγματα·
 τὰ δὲ εἰς τὸν πόλεμον ἀνήκοντα, πᾶσι μὲν ἐστὶν ἐν-
 κοινῶ, μάλιστα δὲ ἀναγκαῖον καὶ προσήκον ταῖσδε
 ταῖς ἡλικίαις,² ἐπίστασθαι περὶ αὐτῶν καὶ λέγειν.³
 οἷς γὰρ ὁ κίνδυνος οἰκειότατος γίνεται, τούτοις ἀναγ-
 καῖόν ἐστι μάλιστα μέλειν.⁴ οἷς δὲ μέλειν ἐπιτέ-
 τακται, * τούτους⁵ εἰκὸς ἐξευρίσκειν⁶ μάλιστα.
 τοῦ μὲν οὖν λέγειν πολλὰς ἀνάγκας εὐρίσκω, τοῦ δὲ
 σιωπᾶν οὐδεμίαν ὀρῶ συγγνώμην. ἐγὼ γὰρ ἐβουλόμην
 μὲν ὑμᾶς αὐτοὺς τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν αἰτίους εἶναι
 μετὰ τῶν θεῶν· εἰ δὲ τοῦτο διατρίβετε, καὶ δι' ἄλ-
 λους εὖ πράττειν ἠδύ, δοκεῖ δὴ μοι θεῶν τινος ἐπι-
 μελεία γίνεσθαι τὸ γινομένον. ἃ μὲν γὰρ ὑμᾶς ἐχρῆν
 παρασκευάσασθαι· χρήμασι πείθοντας, καὶ τοῖς

HERODIS ORATIO

DE REPUBLICA.

Quas ob causas et huic aetati et multo minori de re controversâ disferendum sit, possum dicere; quare, qui disferere possit, silere debeat; neque ex alio cognosceré, neque per me possum invenire. Etenim qui alterius rei cognitionem sibi arroget, is vanitatis vel curiositatis inculari possit: res autem bellicae ut omnium sunt communes, ita praecipue ab hac aetate sunt per disputationem excutiendae. Nam quibus est periculum proximum, ii maximam necessariam curam adhibent; quibus autem cura datur, hi maximam debent inventioni operam dare. Quapropter et necessitatem dicendi permagnam, nec veniam tacendi ullam video. Vellem enim Vosmetipsos esse vestrorum commodorum post deos auctores, quod si conamini, non minus est, cum aliorum opera vobis consulitis, iucundum. Ac mihi id, quod accidit, deorum alicuius providentiâ videtur evenisse. Nam quae vobis opum iacturâ, vitaeque periculo comparanda fuerant,



σώμασι κινδυνεύοντας, ταῦτα πάνθ' ὑμῖν ἢ τύχη ἄνευ
 πόνου καὶ χρημάτων συνέπραξεν ὥστε τοὺς ὑμετέ-
 ρους ἐχθροὺς ἐκόντας ὑμῖν δίκην δοῦναι. πρῶτον μὲν
 οὖν, ὡς ἀγαθόν ἐστι πείθεσθαι ταῖς ἐπαγγελουμένοις
 πόλεμον, τοῦθ' ὑμᾶς διδάξω· δεύτερον δ', ὡς ἀναγ-
 καῖον. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐπιστάμεθα γινώσκειν ⁷ τὰ φύ-
 σει πολέμια τῆδε τῇ χώρᾳ, προγινώσκοντές τ' ⁸ ἂν ⁹
 πρὶν παθεῖν εὐλαβούμεθα. ¹⁰ τὰ μὲν ἐκείνων, ἀσθενῆ
 καθιστάντες ἐκ παντός τρόπου, τὰ δ' ἡμέτερα αὐτῶν
 κρείσσονα, ¹¹ γινώσκοντες, ὅτι τὸ φύσει πολέμιον τῷ
 μὴ δύνασθαι κακὰ δρᾶν, ἡσυχίαν ἄγει· νῦν δὲ τὴν
 ἡμετέραν διδασκαλίαν. ¹² ἐκ τῶν συμφορῶν ἐπιστά-
 μεθα, τὸν ἄνδρα τοῦτον ¹³ οὐδέποθ' ὑμῖν φίλον
 ἐσόμενον, οὐδὲ διαλλαγὴν ἐσμένην ἐκείνῳ πρὸς ὑμᾶς.
 οὐ γὰρ ἀδικούμενος ὑφ' ὑμῶν, ἀλλ' ἀδικεῖν βουλό-
 μενος, ἐχθρὸς ὑμῖν ἐστίν. ἔχει μὲν γε ἢν ἡμῖν οἱ πα-
 τῆρες κτησάμενοι παρέδωκαν, ἢν διὰ μὲν τὴν ἡμετέ-
 ραν ἀσθενείαν ἔξει, διὰ δὲ δύναμιν ¹⁴ ἄκων ἀποδώ-
 σαι. μία μὲν αὕτη πρόφασις αὐτῷ κακονοίας πρὸς
 ὑμᾶς. ἔπειτα δὲ, ὅτι ταῖς μὲν Ἑλλήνων πόλεσιν
 ἱκανόν ἐστι τὴν αὐτῶν δύναμιν διασῶσαι τοῖς ἐπιγιγνο-
 μένοις· τοῖς δὲ τυράννοις ταῦτ' οὐκ ἀπόχρη μόνον, ¹⁵
 ἀλλὰ προσκαταστρέψασθαι δεόνται τοὺς πλουσιω-
 τάτους ¹⁶ αἰεὶ. ἡμεῖς μὲν οὖν δοκοῦμεν ¹⁷ οὐτ' αὐτοὶ
 βραδίως ἂν τοῦτο παθεῖν, ¹⁸ ἄλλοις τε ἐμποδῶν γε-
 γέσθαι. ¹⁹ διὰ ταῦθ' ἡμῖν ἐκείνος ἀχθεταί, βουλό-
 μενος σφάλλεσθαι ταῖς ἐλπίδας τῶν ἡμῖν πιστευόντων.

haec vobis omnia sine labore atque sumptu fortuna suppeditat, sic ut hostes nostri ultro nobis dent supplicium. Ac primum quidem, quam sit commodum iis parere, qui ad bellum adhortantur, docebo; deinde, quam sit necessarium. Possumus enim, nos ea, quae sunt huic regioni naturam contraria, cognoscere, et cognita mature cavere, cum et illa quovis pacto debilia, et nostra reddimus fortiora; quando quidem non ignoramus id, quod est naturam inimicum, nunquam, nisi cum deest malefaciendi facultas, quiescere. Nunc autem e cladibus, quod erat discendum, cognovimus, nunquam hunc virum nobis amicum futurum, aut nobiscum compositurum. Neque enim quia accepit a nobis iniuriam, verum quia vult inferre, hostis est. Habet autem ea, quae nobis a se conquesta maiores reliquerunt, quaeque vel per imbecillitatem nostram retinebit, vel potentiam invitus reddet. Atque hunc quidem unum habet malevolentiae stimulum: alterum, quod, cum civitatibus Graecis sufficiat, si potentiam suam posteris prodant, hoc tyrannis non est satis, nisi ditissimos etiam quosque semper evertant. Iam nos nec ipsi videmur hoc facile passuri, et alios impedituri. Quapropter ille vobis irascitur, cum eorum qui vobis confidunt, spem cupiat eludi.



ἀπὸ μιᾶς οὖν τέχνης ὀρμώμενος, ἡμῶν τε κρατή-
 σειν οἶεται, καὶ τούτων, ὧν δι' ἡμᾶς οὐκ ἄρξει.
 ταῦτα δὲ πρότερον ἐξῆν εἰκάζειν ἡμῖν, νῦν δὲ σαφῶς
 γινώσκειν, ἔργῳ πάσχοντας. ᾧ γὰρ ἀλίσκεται μάλι-
 στα καὶ πόλις καὶ χώρα, τοῦτο τὸ χωρίον²⁰ οὐκ
 ἔλαθεν αὐτὸν, ἰδόντα στασιάζοντας ἡμᾶς αὐτούς.²¹
 ἀλλὰ μετὰ τῶν ὀλίγων * ἐπὶ τοὺς²² πάντας οὐκ
 ἄκησεν ἐλθεῖν· ἠπίστατο γὰρ ἐλθεῖν,²³ ὅτι τοῖς
 πολλοῖς μὲν ἐπιχειρήσας, οὐδὲν ἂν ἔπραξεν ὧν ἐβού-
 λετο· (τοὺς γὰρ ἀσθενεστέρους²⁴ συγκαταπολεμή-
 σας, οὐκ ἄρξειν τῶν πλειόνων ἐμελλεν. ἱκανοὶ γὰρ
 ἦσαν²⁵ ἂν αὐτὸν ἀμύνασθαι) εἰ δὲ τοὺς πολλοὺς
 μετὰ τῶν ὀλίγων²⁶ καταστρέψαιτο, βραδίως ἀπάν-
 των ᾤετο κρατήσειν. οὕτω μὲν αὐτὸς βούλεσθαι πέ-
 φυκεν ἡμᾶς στασιάζειν. εἰ δ' αὐτῷ ταῦτα συμφέ-
 ρει, καὶ πράσσειν²⁷ οἴεσθε αὐτῶν. τὸ δ' ἐκείνου
 συμφέρον, ὅσον ἡμῖν κακόν ἐστιν, ἀθήσετε, πρὸς
 τὸ μέγιστον τῶν ἄλλων²⁸ ἀντιθέντες. ὁμολογεῖται
 γὰρ πόλεμος τῶν ἄλλων κακῶν τοσοῦτω²⁹ μέγιστον
 εἶναι, ὅσωπερ εἰρήνη τῶν ἀγαθῶν. ἴσω μέντοι μεγέ-
 θει τὸν πόλεμον ἢ στάσις ὑπερβάλλει, ὅσωπερ ὁ
 πόλεμος τὴν εἰρήνην. ἐν μὲν γὰρ τῷ ξενικῷ πολέμῳ,³⁰
 τὴν πατρίδα σώζοντες ἀποθνήσκουσιν· ἐν δὲ τῷ πολι-
 τικῷ, διαφθείροντες ἑαυτοὺς, ὥστε μήτε³¹ τοὺς ἀπο-
 κτείναντας εὐδοκιμεῖν. ἄλλοις μὲν γὰρ πολεμοῦντες,
 πολεμοῦμεν³² ὑπὲρ τῶν φίλων· καὶ τοὺς μὲν ἀλλο-
 τρίους νικῶντες, ἑτέρουσ κτῶνται φίλους· ὅταν δὲ³³



